This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

618
R69
R

Digitized by Google

DE HVMANÆ VITÆ PRIMORDIIS, HYSTERICIS AFFECTIBVS, INFANTILIBVSQVE ALIQVOT MORBIS, CENTONES:

Auctore
BALDVINO RONSSEO GANDENSE,
Medico Reip. Goudanæ.

UNIVERSIDAD CENTRAL
BIBLIOTECA
DE LA FAC. DE MEDICINA



LVGDVNI BATAVORVM,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciſcum Raphelengium.
cIↃ. IↃ. XCIIII.

Soy de la Libreria
del Colegio
de la Concepcion
de Alcalá.

Digitized by Google

Ornatiſsimo viro,

D. GERARDO KEGELIN,

FRANCISCI FILIO,

REIP. GOVDANÆ COS.

BALDVINVS RONSSEVS

εὖ πράττειν.

BIBLIOTECA FACULTAD DE MEDICINA

EMISI ab annis aliquot, vt noſti, mi Gerarde, Centones de humanæ vitæ primordiis: quos, vt erant in gratiam Reip. Goudanæ conſcripti, ſenatui dedicaui: Verùm quum ad manus noſtras rediret impreſſum exemplar, illud ἐκ παρόδου, ϗ ἄρχης κορωνίδος relegens, in illo multa prætermiſſa, multa non ſatis correcta comperi, ac verè mutilum, ac ſenticoſum eſſe deprehendi; adeò vt vix pro meo agnoſcerem: atque hoc vnum animo inſederat meo, vt congeſtis vndiquaque exemplaribus, illa edaci committerem flammæ.

Digitized by Google

Quod & iam ſactum foret, niſi claríſſimus, atque idem doctiſſimus Medicus D. Cornelius Heydius Reip. Delphorum primarius medicus, pro ſua in me authoritate ab inſtituto reuocaſſet, atque hoc vnum mecum egiſſet, vt illos recognitos, iterum prelo committi mandarem: fore enim tales qui lucem tolerare poſſint, & qui ſtudioſis non parùm profuturi ſint. Quod etſi iure optimo illi denegare potuiſſem, tum quòd poſt noſtros diuulgatos Centones, prodierint alij eiuſdem argumenti libri; tum etiam quòd difficile prorſus eſſet ſingulos reuiſere locos, atque eoſdem ex tam variis reſarcire authoribus: vicit tamen ille iugi quadam interpellatione, atque importuna quadam ciuilitate, præſertim dum ex Euripide τῶν φιλῶν κάματον εὐκάματον eſſe aſſereret. Ego igitur, ne illi deeſſem, eoſdem iam totos reſarcio,

Digitized by Google

cio, vrſique in morem lambendo eſ-
formo; atque ita efformo, vt nouam
prorſus formam induiſſe videantur,
atque alij omnino à prioribus illis:
quando præter recognitionem pluri-
ma addiderim quæ lectorem dulci
quadam vtilitate ad legendum alli-
ciant, & quæ non citra ſummam
negligentiæ notam prætermiſiſſe po-
tuiſſem: Quum igitur ſuprema tan-
dem à me impoſita manu, ille non
deſiſteret vrgere, ac inſtare, ne publicæ
vtilitati inuidens, meos qualeſcunque
labores ſupprimerem, eò tandem quo
voluit perduxit: cæterùm ea conditio-
ne & lege, vt is viciſſim ſicut mihi fue-
rat eos diuulgandi author, prouinciam
ſuſciperet, illos à maleuolorum ca-
lumniis protegendi. Verùm inuida
mors æquo pede, vt ait ille, pulſans
pauperum tabernas Regumque turres,
eum qui infinitos ab ipſis orci faucibus

 eripue-

Digitized by Google

eripuerat, letifero telo impetiit, atque è viuis exemit, ac tranſactionem illam inter nos reſcidit, quando illius mors publicationem Centonum noſtrorum anteuerteret. Quum igitur cogito quem potiſſimùm in illius locum ſubſtituam, ſtat tandem ſententia te deligere: nimirum vt in arte Medica doctiſſimo atque exercitatiſſimo viro, ſuccederet pharmacopœus etiam in arte ſua verſatiſſimus, vt qui metallorum omnium, & ſimplicium quorumuis cognitione excellens, non tantùm veterum præſcripta ſumma dexteritate componere queat ; verùm etiam noua arte chymica è metallis, herbis, atque aliis elicita. Siquidem quum ab hinc annis plus minùs quadraginta tribus, tibi parentibuſque tuis mecum ſumma ſemper interceſſerit neceſſitudo, meque ſemper maximo fauore ac beneuolentia proſequuti

fueritis,

Digitized by Google

fueritis, ingratitudinis meritò accuſandus veniam, ſi id leuidenſi ſaltem aliquo munuſculo compenſare non ſtudeam. Accedit quòd ſicuti priores illi Centones (vt iam dixi) ſub Ampliſſimi Magiſtratus Goudani patrocinio in publicum prodierunt; ita iſti tibi, (vt qui illius non infima pars ſis,) tanquam poſtliminij quodam iure, aliqua ex parte debeantur. Accipe igitur, mi Gerarde, exporrecta fronte hos noſtros Centones, tanquam animi erga te mei propenſitudinis & maiora volentis teſtimonium; atque pro tuo in illos iure agito, Ronſſeumque tuum, vt hactenus feciſti, redama. Vale. Gouda, Calend. Octob. 1593.

Digitized by Google

Errata ſic emenda.

Pagina 8. linea penultima *limitemus*, lege *limitemur*: 9. li. 23. *proſus*, lege *prorſus*. 26. li. 16. *habeatur*, lege *habeat*. 32. li. 1. *effuſionem* lege *affuſionem*. 54. linea vltima *cogebatur* lege *cogebantur*. 66. li. 5. *ſaluiam* lege *ſaliuam*. 90. li. 3. *formam*, lege *formari*. 99. li. 10. μιζα lege μέσα. 110. li. 14. *formant* lege *formam*. 126. li. 25. *almiſolach* lege *almiſdach*. 168. li. 10. *humidum*, lege *humidam*. 169. li. 24. *tendanda* lege *tentanda*. 181. li. 3. *vnam drachmam* lege *drachmam ſemis*. 187. li. 18. *iuuabit* lege *iuuabunt*.

CAPI-

Digitized by Google

CAPITVM ELENCHVS.

PRÆFATIO, in quâ oſtenditur pleraque occultâ & cœcâ origine prouenire, etiam in quadrupedum genere. Pag. 1.

CAP. j. De ſemine. Pag. 12.

ij. Vtrum in Embryonis generatione neceſſarium ſit fœminarum ſemen concurrere. 16.

iij. De virorum, & fœminarum vaſis ſeminariis. 18.

iiij. De vteri facultatibus naturalibus. 24.

v. De vuluæ ſitu, & quæ à conceptu primò generentur. 26.

vj. Signa in vtero concepti Embryonis. 33.

vij. Concepti maſculi, aut fœminæ notæ. 37.

viij. De fœtus formatione. 40.

ix. De geminis & ſuperfœtatione. 46.

x. De progenitorum ſimilitudine. 50. 51.

xj. De monſtris. 57.

xij. De conceptionis impedimentis. 62. 63.

xiij. De ſterilitatis remediis, & quæ venerem ſtimulent. 68.

xiiij. De abortus cauſſis. 80.

xv. De abortus præcautione. 85.

xvj. De partus temporibus. 89.

xvij. De grauidarum obſeruatione. 97.

xviij. De partus acceleratione, atque obſtetricis officio. 101.

xix. Quo modo excipiendus ſit fœtus. 107.

Digitized by Google

xx. De difficili partu. 111.
xxj. De partubus contra naturam. 115.
xxij. De ſecundis remorantibus. 117.
xxiij. De partus mortui extractione. 121.
xxxiiij. De cæſonibus eximendis. 132.
xxv. De embryonis in lucem editi educatione. 135.
xxvj. De nutrice. 140.
xxvij. Lactis boni contrariíve notæ. 145.
xxviij. De menſtruis. 146.
xxix. De menſium ſtillicidio, eorumq́ue nimia purgatione. 151.
xxx. De fluore muliebri. 155.
xxxj. De ſuffocatione ab vtero. 157.
xxxij. De mola ſeu conceptu non vero. 164.
xxxiij. De vteri inflammatione. 168.
xxxiiij. De vterorum commotione aut prolapſu. 171.
xxxv. De podicis prolapſu. 176.
xxxvj. De aliis ſymtωmatibus enixis ſuperuenientibus. 180.
xxxvij. De lacte vitiato, mammarumq́; vitiis. 182.
xxxviij. De morbis recèns natos puerulos infeſtantibus. 188.
xxxix. De aphthis. 189.
xl. De vomitu infantium. 190.
xlj. De tuſſi & difficultate anhelitus infantium. 193.
xlij. De vigiliis infantium. 195.
xliij. De pauoribus. 198.
xliiij. De epilepſia, ſeu matre puerorum. 199.
xlv. De exom-

Digitized by Google

xlv.	De exomphalo.	202.
xlvj.	De aurium humiditate & inflammatione.	204.
xlvij.	De gingiuarum prurigine & dentitione.	205.
xlviij.	De febribus infantium.	209.
xlix.	De infantilibus conuulſionibus.	212.
l.	De fluxu,& conſtrictione ventris.	214.
lj.	De ani procidentia.	215.
lij.	De linguæ ligatione.	217.
liij.	De ranula.	219.
liiij.	De verminatione & lumbricis.	220.
lv.	De ambuſtis, ſeu pyricauſtis.	224.

AVTHO-

Digitized by Google

AVTHORES, QVORVM TESTIMONIO IN COLLIGENDIS HISCE CENTONIBUS author vſus eſt.

A.

Actuarius.
Aetius.
Ægidius.
Albucas.
Alchabitius.
Alexander Benedictus.
Albertus Magnus.
Alexander Aphrodiſæus
Ammianus.
Andreas Veſalius.
Apuleius.
Antonius de Gradis.
Ariſtoteles.
Arnaldus de Villa-nona.
Athenæus.
Aulus Gellius.
Aurelius Caßiodorus.
Auguſtinus.
Auicennas.

B.

Bartholomæus Montagnana.
Benedictus Victorius.

C.

Cælius Methodicus.
Cicero.
Claudianus.
Columella.
Conſtantinus Aphricanus.
Cornelius Celſus.
Cyrillus Hieroſolymitanus.

D.

Diogenes Laërtius.
Dioſcorides.
Diodorus Siculus.
Dionyſius Fontanonus.

E.

Empedocles.
Ennius.
Eraſmus Roterodamus.
Eraſiſtratus.

G.

Galenus.
Geneſis.
Gordonius.
Georgius Pictorius.

H.

Hali Abbas.
Heſiodus.
Herophilus.
Herodotus.
Hieronymus Cardanus.
Hippocrates.

I.

Ioannes Guinterius Andernacus.
Iaſon Pratenſis.
Ioannes Fernelius.
Ioannes de Sancto Amando.

Ioannes

Digitized by Google

Ioannes Matthæi de Gradi.
Iuuenalis.

K.

Kyranus.

L.

Lucianus.
Lycus.

M.

Macrobius.
Martialis.
Michaël Sauonarola.
Munſterus.

N.

Nicolus Florentinus.

O.

Oppianus.
Oribaſius.
Ouidius.

P.

Paulus Ægineta.
Paulus Apoſtolus.
Parmenides.
Philo Iudæus.
Plato.
Plinius.
Ptolemæus.
Pythagoras.

Q.

Q. Serenus Sammonicus.

R.

Realdus Columbus.
Rhazes.

S.

Seneca.
Sextus Platonicus.
Solinus.
Soranus.
Spartianus.
Strabo.

T.

Theodorus Priſcianus.
Theophilus Protoſpatarius.
Theophraſtus.
Theocritus.
Trotula.

V.

Valerius Maximus.
Vitruuius.
Virgilius.

Z.

Zeno.
Zoroaſtes.

RERVM

IN BALDVINI RONSSEI DE HVMANÆ VITÆ PRIMORDIIS LIBRVM,

Carmen.

ALMA Venus dulci faciat ſi prole parentes,
Illecebris Veneris quid mage dulce ſiet?
Si facit hæc eadem multis ſucceſsibus agros
Sulcari, an dulci quid Venere vtilius?
Quare age miſcuerit quum felix vtile dulci
Ronſſeus, an punctum non ferat omne rogo?

IOANNIS PARIDANI RINGENBVRGII HOLONEI MEDICINÆ DOCTORIS HEXASTICHON.

CONIVGIBVS quicunque ſuis prodeſſe ſtudebunt,
Innumeriſque iocis matris Acidaliæ,
Et qui Lucinam facilem, lætamque requirunt,
Huc huc iam celeri vos properate gradu.
Ronſſeus exponit vobis hoc arte magiſtra:
Huic decus, huic laudem ſecula cuncta dabunt.

IN CLARISSIMVM VIRVM D. BALDVINVM RONSSEVM CIVEM GANDENSEM MEDICVM GAVDENSEM;

& eius

DE HVMANÆ VITÆ PRIMORDIIS LIBRVM,

Carmen.

Felicem patriam feciſti Ronſſee GANDAM,
Vt plus quàm tu illi debeat illa tibi:
Felicem nec non feciſti Ronſſee GAVDAM,
Hactenus in ſedem quam legis ipſe tibi.
Nam poſtquam GAVDAM placuit pro ſede tenere,
Perpetuò GAVDAM poſtera ſecla canent:
Atque ex quo GANDAM patriam tibi contigit eſſe,
Lux GANDÆ maius attulit iſta iubar.
Nil igitur miri, GANDÆ quòd nomine GAVDA
Proxima, queis vno gloria fonte fluit:
Nam cui clara olim conceſſa eſt patria GANDA,
Is pro ſede tenet atria, GAVDA, tua,
RONSSEVS; Vt dubiâ mihi ſtet ſententia mente,
GANDA' ne plura tibi; GAVDA'ne, debuerit.
Sed tamen hanc dirimet tellus HOLLANDICA litem,

FLAN-

Digitized by Google

FLANDRAque, quarum hæc te protulit, illa tenet:
Et ſic magna ſibi decoris momenta putabit
Hæc quòd te tulerit, illaque quòd te habeat.
Sed quid ego hæc? tanquam poſſet ſeu FLANDRICA tellus
Siue BATAVA tuum ſat memorare decus;
Cùm potiùs totum volitet tua fama per orbem,
Cui per te accedunt, RONSSEE, tanta bona:
Præſertim hoc libro, quo (ſic me Cypria amabit)
Tùm Veneri cæſtum, tum Veneris puero
Reſtituis pharetras: ſed ſic; caſtiſſima vt illa
Facta ſit; hic poſthac prouida tela gerat:
Vſque adeò vt toto cedat Laſciuia mundo,
Et tamen humanum creſcat vt antè genus.
Macte igitur ſancto conatu RONSSEE, macte;
Dum quæ cenſebant turpia, honeſta probas.
Nam veluti PATRIÆ referet per cuncta PARENTEM
Sæcula te, quiſquis hactenus eſſe parens
Incaſſum optauit; ſic fronti, ſerta, beatæ
Cum Puero aptabit laurea, CASTA VENVS.

Iuſtus Raphelengius.

Digitized by Google

PRÆFATIO,

In qua oſtenditur pleraque occultâ & cæcâ origine prouenire, etiam in quadrupedum genere.

POSTEAQVAM *ſummus ille vniuerſi conditor Deus, cuncta quæ in cælis terráque continentur creaſſet, omnibus vt creſcerent, & multiplicarentur, terrámque implerent mandauit: quo mandato* ὁρμὴν *quandam, ſeu animi inclinationem ad generis ſui propagationem omnibus indidit. Sic bruta animantia naturæ inſtinctu ad coitum turgentia rapi videmus: ſic itidem memoriæ à Coſmographis proditum eſt, inſulas eſſe, in quibus quum à viris ſemotæ habitent mulieres, naturâ (ſicuti in brutis animantibus fieri diximus) conceptionis opportuniſſimũ tempus indicante, hę ſtatis, certíſq. anni temporibus ad viros turmatim conuolant, optatis, diúq. expetitis maritorum fruituræ amplexibus, coniugationibúſque, vt ex his lętâ factæ tandem prole parentes, generis ſui abolitionem neſciant. Quod nobis admirandas Amazonas factitaſſe, veneranda prodidit antiquitas. Atque hæc quidem quantumuis quàm maximè copertum ſit*

BIBLIOTECA CENTRAL DE LA FAC. DE MEDICINA
Digitized by Google

ita ſe habere (quod iure aliquis miretur) non idem tamen omnibus, & concipiendi, & fœtus ſuos excludendi modus eſt. Siquidem quum omnibus ſemel moriendum ſit, meritò quis Indicam illam phœnicem admiretur, quæ quum vnica ſit, atque omnis conſortij exors, moribunda tamen, poſt ſe ſibi ſimilem reſuſcitet: ſeneſcentem enim aiunt caſia thuriſque ſurculis conſtruere nidum, replere odoribus, & ſuperemori: ex oſsibus deinde, & medulla eius, naſci primùm tanquam vermiculum, inde fieri pullum, principióque iuſta funeri reddere, & totum deferre nidum prope Achaiam in Solis vrbem, & in ara ibi deponere. Præterea in apum genere quantumuis multa nonnunquam examina videas, omnem ſexus differentiam, diſcriménque natura eis ademit: & tamen illas, & alias ex illis generari videmus: nam, vt ait Auguſtinus, ſemina filiorum non coëundo, ſed tanquam ſparſa per terras ore colligunt. Et in reliquo inſectorum genere (quanquam in veſpis muſciſque ſexus diſcrimina vtcunque cognoſcamus) non rarò vſu venire videmus, citra vllum maris & feminæ congreſſum, ex retruſis herbis, aut alio quouis modo quoduis inſectorum genus produci: nam ex putredine boum apes generari author eſt Virgilius 4. Georgicωn, vbi ſic ait:

Tum vitulus bina curuans iam cornua fronte

Quæritur:

Digitized by Google

Quæritur: hinc geminæ nares, & ſpiritus oris
Multa reluctanti obſtruitur, plagíſque perempto
Tenſa per integram ſoluuntur viſcera pellem.
Sic poſitum in clauſo linquunt, & ramea coſtis
Subiiciunt fragmenta, thymum, caſiáſq. recentes:
Hoc geritur zephyris primùm impellētibus vndas,
Ante nouis rubeant quàm prata coloribus, antè
Garrula quàm tignis nidum ſuſpendit hirundo.
Intereà tepidis tepefactus in oſſibus humor
Æſtuat, & viſenda modis animalia miris:
Trunca pedum primò, mox & ſtridentia pinnis
Miſcentur, tenuémque magis, magis aëra carpunt:
Donec vt æſtiuis effuſus nubibus imber
Erupêre, aut vt neruo pulſante ſagittæ,
Prima leues ineunt ſi quando prælia Parthi.

Quò alludens Ouidius Naſo inquit:

Cognita res vſu, putri de viſcere tauri,
Sortilegæ naſcuntur apes.

Ex equis autem veſpæ, & crabrones originem trahunt; preſſus enim bellator equus crabronis origo eſt: ex aſinis fuci, atque ex eorundem ſtercore ſcarabæum ortum cauillatur Lucianus. Blattaria herba, ſuas habet blattas, ſalix cimices: ex mori foliis naſcuntur bombices. producitur autem hoc animal, primò ex verme ſui generis quod cornua habet: inde ex illo eruca, pòſt bombyx, inde nicedalus, ſpatio ſemeſtri tota hac metamorphoſi abſoluta, de qua nos in noſtris Emblematis, quæ in expugnatione Harlemenſi vnà cum biblio-

Digitized by Google

theca doctiſsimi Hadriani Iunÿ interciderunt, ſic luſimus, Emblemate Noſce teipſum :

Vilis qui fuerat vermiculus priùs,
Poſt hæc bombylis, hinc nicedalus putris,
Nunc eſt ſericio vellere turgidus
Bombyx. Sic homines ſordibus exciti,
Quos fortuna potens diuitiis beat,
Sortis præteritæ non memores diu,
Contemnunt alios, ſeque putant deos.

Ex capillis menſtruoſæ mulieris ſub fimo locatis, oriri ſerpentes tradunt : ex pilo de cauda equina in aquam proiecto vermem valdè pernicioſum, adeò vt herbarum fermè ſingula genera tranſeant in diuerſas vermium & ſerpentum ſpecies, variis præditas, tum propriis formis, atque virtutibus. In æſtate apud nos aquæ guttæ pulices generant: eædem in Dariene noui orbis in rubetas conuertuntur. Quid autem de aquatilium genere dicam, in quo quædam rore cæleſti concipere, & ex limo & putredine erumpere, velut ὀστρακόδερμα *omnia, experientia docuit. Anguillæ præterea quum varietatem ſexus neſciant, ſcopulorum attritu ſtrigmenta quædam poſt ſe relinquunt, quæ tandem cæleſtium radiorum influxu in anguillas transformari certum eſt. Et quod ad reliqua attinet animantia quæ ſexus diſcrimen admittunt; quantumuis eodem modo, hoc eſt,*

maris

Digitized by Google

maris & feminæ congreſſu concipiant; videmus tamen maximam differentiam in excludendis atque enutriendis fœtibus. Nam quum piſces & aquatilia omnia ventorum attritu coire dicantur, idq́ue ea celeritate, vt viſum ſubterfugiant, non tamen perfectum, & elaboratum eſt id quod vtero conceperunt. Neque enim quæ vtero geſtant oua femellæ priùs vitam accipiunt, quàm matris vtero excluſa, virili ſemine iam iterum aſpergantur. Volatilia omnia eandem prolificandi rationem ſeruant; idémque omnibus pullos producendi modus, quanquam id non eodem temporis interuallo, ſola excepta veſpertilione, quæ inter volucres animal parit, atque id lacte nutrit, hubera admouens; amplexa etenim geminos pullos volare dicitur, ſecúmque deportare. Quæ reptilia aut greſſibilia vocant in animantium genere, vti plurimum differunt, ita alia aliis modis catulos ſuos producunt: murium ſiquidem generatio, authore Ariſtotele, & Alexandri Magni militibus, lambendo conſtare, non coitu dicitur: eoſdem ſale guſtato nonnulli opinantur fieri prægnantes: Diodorus Siculus ex limo Nili eoſdem naſci contendit. Vrſus etiam ſicuti diuerſum ab aliis coëundi modum habet (nam amplexibus quibuſdam mutuis, velut humanis coniugationibus copulari dicitur, quemadmodum author eſt Solinus) ita quàm

 maximè

Digitized by Google

maximè alienum ab alijs animantibus catulum producit: Partus enim tempore carneam quandam maſſam efformem proiicit, quam ſenſim lambendo in animalis formam transfigurat. Leonum catuli in tertium vſque diem exanimes conſpiciuntur, canes etiam cæcos producunt catulos: Prætereà quibus ſolidæ ſunt vngulæ, ſingulos pariunt, quæ biſulcas habent vngulas, binos vt plurimum producunt, quorum autem in digitos pedum fiſſura diuiſa eſt, numeroſiora in fœtu ſunt, ſed inchoatos & imperfectos fœtus edunt, ſolis exceptis muribus, qui & perfectos, & numeroſiores pariunt, ita vt ex vnica centum & viginti genitas tradat Plinius. Et tamē quamuis, ea ſit in omnibus varietas, vnum tamen principium oportuit eſſe omnibus, quod producēdæ ſtirpi eſſet vtile. Quòd quidem etſi genere in omnibus idem ſit, ſpecie tamen diuerſum eſſe cenſemus, id videlicet quod vno ore omnes ſemen vocant, analogia facta ni fallor ad ſementem, quæ in terram proiecta ſegetes cum fœnore producat. Ac proinde quum de hominis primordiis narrare inſtitutum ſit, à ſemine quod cum omnibus animantibus genere commune, ſpecie tamen diuerſum habemus, primíſque quæ in hoc concurrunt elementis, auſpicandū duximus. Quum igitur anima, & corpore homo conſtituatur ac conſtet, illa quidem

à Deo,

Digitized by Google

à Deo, hoc eſt, à ſpiritu diuino originem traxit, ſiquidem poſteaquam altiſsimus hominem ex limo terræ creaſſet, inflauit ei ſpiritum vitæ, factúſque eſt Adam in animam viuentem, adeò vt hac parte homo ſupra cælos, hoc eſt, ad Deum ipſum, vtpote cuius diuina planè ſit origo, aſcendat: quod Pſalmiſta ſatis demonſtrat, quum dicit, Gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti ſuper opera manuũ tuarum, &c. Adeò vt in hac totius mundi machina nullum ſit expreſsius Dei veſtigium quàm anima; nam & ſeipſum, hoc eſt imaginẽ ſuam in homine voluit expreſſam: hinc Philo ille Iudæus quidem, verùm pius, hominem veri Dei ſimulachrũ & numiſma verbo Dei ſignatum appellauit, quapropter Diuus Paulus, Tuum corpus, ait, honore afficias, debetur enim honor Deo opifici, & Ideæ qua veſtitus eſt filius. Sed hanc hominis partem, quoniam non eſt noſtri inſtituti de ea latius diſſerere, theologis relinquo. Ad alteram, nempe corpus, quod ſacræ literæ ex limo terræ creant, venio: philoſophi ex quatuor cõflatum elementis arguunt, quemadmodum Galenus initio libri ſui de ſanitate tuenda teſtatur: In ſemine, inquiens, plus eſt igneæ aëriæq; ſubſtãtiæ, in ſanguine aqueæ terreæq;, quanquam in hoc quoque præpolleat calidum frigido, & humidum ſicco. Atque ita nobis vtrinque ex humida ſubſtantia

genituræ origo eſt, ſed tamen hanc ſeruari non erat conueniens, ſi modò ex ea nerui, arteriæ, oſſa, venæ, cartilagines, & alia id genus fieri deberent. Ergo ſtatim in generationis initio iniectum oportuit copioſius elementum id quod ſiccandi vim haberet: eſt verò id natura quidem maximè ignis, ſed tamen & terra, eſt ea quoque res ſicca: Verùm huius plus immiſceri principiis opus non erat, ſi modò hæc humida erant futura. Hactenus ille. Nihil igitur à philoſophica ratione alienum ſcribunt ſacræ literæ dum hominem ex limo terræ, tanquam maſſa quadam ex commiſtione in ſe inuicem quatuor elementorum creatum dicant. Si enim aliqua comparatio eſt mundi huius cum humano corpuſculo, ſicuti philoſophis viſum eſt; vnde quæſo commodiùs eam aucupabimur, quàm ab ipſis elementis, vtrique in generationis primordiis communibus? nam & in ſenſibus ipſis quatuor elementa diſcernere licet, viſu igneo, auditu, ac odoratu aëreis, guſtu aqueo, ac demum tactu terreo exiſtente. Quibus ſi ſituationem, ſeu formam concepti in vtero embryonis conferamus, non poterimus non ſummum illum opificem in creaturis ſuis laudare, qui in rerum natura perfectiſſimo (ſi particulas ſingulas earúmque munia limitemus) conſummatiſſimam in ipſis generationis principiis figuram conceſſit:

panni-

Digitized by Google

panniculis enim inuolutus infantulus, in globum atque orbem in materno vtero excipitur, quæ quidem figura non modò omnium pulcherrima eſt, verùm etiam omnibus modis optima, neque alia demiurgo illi placuit qua cælum hoc, rem omnium multo pulcherrimam, fabricaretur; neque eſt figura quæ difficilius ab omnibus iniuriis lædatur: ea arte effectus atque efformatus eſt hominis fœtus, vt illā admirari magis quàm laudare, laudare magis quàm exactè introſpicere omnia poſſis. Nam licet omnibus in rebus Dei potentia, (cuius maieſtati nihil obſtat, nihil eſt difficile,) elucere poſſit, in hoc tamen mihi illuſtrior videtur, adeò vt dum humani fœtus generationem, nutritionem, ſitúmque contemplor, penitus obſtupeſcam, & philoſophos demirer, dum hominem μικρόκοσμον appellant, ac ſi eius conſtitutionem fabricæ huius mundi poſthabeant. Nam ſi aliunde mundus hic non conſtituatur, quàm ex quatuor in ſe inuicem mixtis elementis, qua tandem ratione hominem, cuius vel minimæ particulæ ex his iiſdem compoſitæ ſunt (vt interim originem diuinam proſus omittam) mūdo perituro poſtponunt, niſi molem illam immenſam (quod philoſophica ſpeculatione indignum cenſeo) humano corpuſculo comparent? At quorſum hæc? non aliò niſi vt demonſtremus, ne vnam quidem eſſe particu-

 lam,

Digitized by Google

lam, cuius non ſit iuſta & debita elementorum commiſtio, & temperies: & rurſus, nullius vſum inhoneſtum eſſe, niſi peccatis polluentibus redderentur obſcœna. Siquidem, vt ad genitalia veniamus, quæ humana verecundia potius tecta, & occulta eſſe voluit quàm natura, quis quæſo eam hominis particulam in magnum myſteriũ à ſummo rerum creatore attributam neget, vnde Deo iuuante humanum genus neſcit habere defectum: vnde ceu frutices, vno pereunte, alius ex vtero materno pullulaſcit? decorum omnino membrum (vt inquit Aurelius Caſsiodorus) niſi fuiſſet turpi libidine fœdatum; quid enim eo precioſius, aut præſtantius eſſet, ſi inde humanum genus ſine culpa deſcenderet: nam & membra ipſa, non ſunt cauſſa peccati, (vt meminit Cyrillus Hieroſolymitanus) verùm malus membrorum vſus. Quod certè cognouit diuinus ille Cicero libro ſuo officiorum, dum qua ſumus fragilitate, à ſummo rerum omnium conditore ad rectum vſum accommodatis abutentes, ſanorum hominum verecundia effectum eſſe dicit, vt partes corporis quæ ad naturæ neceſsitatem datæ, aſpectum deformem eſſent habituræ atque formam, occultatæ atque ab hominum oculis ſemotæ ſint. Nos igitur de genitalum vſu, forma, ſitu, ac neceſsitate ſermonem facturi, rigidiores illos Catones, è Floræ ludis vt recedant

Digitized by Google

dant rogabimus: Nam quantumuis Tullius diſputet corporis partes quarum vſus ſunt neceſſarij, eas, neque earum vſus, ſuis nominibus appellari decere, & quod facere turpe non eſt modò occultè, id dicere obſcœnum eſſe. Putauimus tamen minimè indecorum futurum de pudendis, ac ſemine diſſerere, ſi metam pudicitiæ non transgrediamur, hoc eſt, ſi verecundè & honeſtè rem declaremus. Si etenim anatome (quam ducem ad Dei cognitionem rectè appellauit Galenus) magnam apud homines laudem meretur, quid obſtabit quo minus de noſtris primordiis liberè, & ſyncerè, modò ne petulanter, ſermonem inſtituamus? præſertim quando anatomes non infima pars hæc ſit, & multorum ſalus hinc pendeat? quotuſquiſque enim hodie viueret (vt interim alia omittam) niſi prudentis medici conſilio, & obſtetricis artificioſa manuum contrectatione adiutus, è latebris quibus hactenus delituit liberaretur? adeò vt non abſurdè viam quandam demonſtrare videar ad vitæ principium, dum quibus rationibus facilius edi poſſit infantulus declaro, & honeſtum planè, ne dicam neceſſarium, videatur, vel ipſas matronas methodum quandam, & rationem noſſe, qua parturientibus ante obſtetricis aduentum alioqui periclitantibus, ſalutari conſilio prodeſſe poſſint. Sed de his hactenus. Nos igitur

Digitized by Google

igitur inſtitutum noſtrum aggreſſi à ſemine quod cum omnibus animantibus commune quoddam generationis principium ſtatuimus, ſermonem ordiemur.

BIBLIOTECA FAC. DE

CAPVT PRIMVM.

De Semine.

in ſeminis prolifici ſubſtantia contineri, apud omnes in confeſſo eſt, ſpiritum videlicet quo eius ſubſtantia turget, & tumeſcit, calorem congenitum vtriuſque parentis ſemen ad embryonis plaſma, & fabricam præparantem, & concoquentem; & poſtremò virtutem animæ vegetatricis, quam naturam appellant, quæ materiam embryonis, vnà cum cæleſtis caloris influxu effingit, & delineat. hinc Philoſophus, Homo, inquit, generat hominem, & Sol. Ceterùm quid ſit, aut vnde manet ſemen, magna inter philoſophos controuerſia eſt. Soranus, ſemen virile ſanguis eſt, inquit, vnde maiores noſtri verè cognatos conſanguineos vocare conſueuerunt. Plato ſpinalis medullæ effluxum eſſe contendit; Alcmæon cerebri partem, Pythagoras, ſicuti author eſt Laërtius, cerebri ſtillam eſſe definiuit, quæ calidum in ſe continet vaporem, hæc dum infunditur vuluæ ex cerebro ſanies, & humor ſanguiſq;

defluit,

Digitized by Google

defluit, ex quibus caro, nerui, oſſa, pili, totúmque corpus conſiſtit, ex eo autem vapore, ſenſus atque anima conſtat. Hinc fortè vulgus, quum ſimile, vt dicunt, ſuum confortet ſimile, cerebella oſſiúmque medullas ad ſeminis prolifici augmentationem prodeſſe credidit. Verùm ſi cerebri ſtilla ſit, neceſſarium eſſet ſæpe rem veneream exercenti cerebri pauxillum, aut nihil prorſus ſuperfuturum, ni medicamentis, aut conueniente victus ratione augmentetur. Alcmæonis, & Pythagoræ exemplo, veriſimile eſt nonnullos philoſophos conieciſſe potiorem genituræ partem ex cerebro deſcendere, argumento eſſe venas, quæ vltra aures feruntur, ſi enim aduſtæ, aut ſecatæ fuerint, miro quodam, atque ſecreto naturæ limite ſterilitatem inducere. Quo fortè argumento Alexander Benedictus libro ſuo Anatomicarum adminiſtrationum, vel oculari demonſtratione oſtendere nititur, maiorem portionem ſeminis ex cerebro oriri, dum ſalaciſſimo cuidam poſt funus diſſecto capite, parum, aut nihil cerebri reliquum fuiſſe dicit. Hinc quoque fieri autumant quidam, vt ſpadonibus, atque iis qui frequenter concumbunt, oculorum acies hebetetur, caluitium, ciliorum, ſuperciliorúmque defluuium temporiùs accidat. Verùm his omnibus rectius videtur ratiocinatus ſenex ille Cous, ſemen ex toto procedere

corpore

Digitized by Google

corpore differens, à ſano quidem ſanum, ab infirmo verò infirmum, atque Epicurus, & Democritus, hic etenim à toto corpore, atque à partibus eius præcipuis, vt à carne, oſsibus, membranis ſemen defluere exiſtimabat; Ille ſemen animæ, & corporis ſymbolum, & auulſionem eſſe definiuit. Si enim vti arbitrabatur Pythagoras ex ſolo cerebro deſtillaret, quomodo ex mutilis mutili, ex luſcioſis luſcioſi generarentur? adhæc qui morbi aliqui ceu hereditario iure poſteros affligerent? quomodo enim hi qui nephritide, arthritide, phthiſi, morbo Gallico, atque id genus aliis morbis laborant, liberos eiſdem obnoxios malis progignerent? Nam & Diogenes conſpicatus ebrium adoleſcentem, non hunc, ſed patrem incuſauit, Adoleſcens, inquit, ebrius te ſeminauit pater. Adeò vt mirer Alexandrum Benedictum eô deueniſſe, vt cum aliis maiorem geniture quantitatem ex cerebro decidi crederet, ſuo id exemplo aſtruere conatus; quum quos nimia vexat venus, non ſolùm cerebrum exhauriatur, ſed & totum corpus in tabem, ac maraſmum deducatur, quemadmodum apertè demonſtrat Aëtius. Quòd ſi igitur in diſſecti cadaueris capite cerebri pauxillum repertum fuerit, reliqua etiam membra exhauſta, & exucca fuiſſe conſequens erit. Nam ſi à corde per arterias, à iecinore per venas ad ſpermatica vocata

Digitized by Google
vaſa

vaſa ſemen defertur, quid obſtabit quin eorundem ſubſtantia imminui, exhauririve poſſit, niſi fortè ſilente luna ille obierit, quo tempore in animantibus, cerebrum atque medullam gracileſcere, aut minui contendunt philoſophi? Videtur autem Hippocrati ſubſcribere Ariſtotel. libro ſuo problematon, dum rationem quærit, cur qui concumbunt, reſolui, atque languere magna ex parte ſoleant: dicit enim, ſemen eſſe excretionem ex omni parte corporis: itaque eius compactionem non ſecus concuti quàm ædificij ſtructuram. Nec ab eo abludit quòd Poëtæ Venerem ex Cæli patris pudendis, atq. maris ſpuma procreatam finxerint, quod videlicet omnes corporis vires venus debilitet, ac concubitus non ſine corporis damno peragi queat. Huc accedit, quòd geniti parentibus, ſi non per omnia ſaltem aliqua ex parte ſimiles ſint: ſic Chalcidonio illi confuſam, & non dearticulatam imaginem habenti, natus eſt filius ſimilem proferens. Sed de his quoniam abundè diſputat Galenus vtroque de ſemine libro, lectorem eô relegatum volumus, dum ad alia progredi res poſtulat.

Vtrùm

Digitized by Google

CAPVT II.

Vtrùm in embryonis generatione neceſſarium ſit feminarum ſemen.

SED & *hic non parua oritur controuerſia, aliis ſemen illud quod mulier in coitu emittit negantibus prolificum eſſe, ſed potius loci proprium humorem, quem recentiores nonnulli guttam vocare ſolent. Zeno materiam quidem humidam ſudorémque ab exercitio venereo excernere feminas ait, non tamen ſemen quod poſſit concoqui: vteri ſiquidem excretio illa, (vt ait Ariſtoteles) inutilis prorſus eſt, quæ aliis euenit, aliis non, quales fuſcæ, & viragines ſunt; contingítque vt plus minúſve excernatur pro ingeſti cibi ratione. Iam fieri non poſſe, aut ſaltem rationi aduerſari, vt poſt exitũ rurſum intromittatur. Pythagoras, Democritus, Epicurúſq. femineum etiam ſexum ſemen emittere contendunt. Hippocrates, ſemen maſculum, & femineum vtrique ſexui ineſſe demonſtrat; ac tum demum maſculum generari ait, quoties ab vtroque maſculum, hoc eſt, fortius ſemen emiſſum ſit, & contrà feminam ſi imbecillius. Alij rurſus negant feminis ſemen vllum ineſſe præter menſtruum, ſolúmque viri ſemen generatiuum aſſerunt: in qua hæreſi videtur fuiſſe Athenæus,*

Digitized by Google

Athenæus, ſiquidem ſimilitudinem fœtus ad matrem non ex ſemine materno, ſed ipſius fœtus alimento eſſe dicebant: quæ omnia refutat Galenus: nam quòd mulieribus ſemen ſit, vel hinc elucеſcet, quòd hæ non ſecus ac viri in ſomno id non rarò emittant, & anatomica ratio nos docuit, iiſdem ineſſe ſemen, quando in diſſectione muliebrium teſtium, non rarò ſemen album, craſſum, & quod benè concoctum ſit inueniatur. Præterea quòd prolificum ſit, his argumentis contra Ariſtotelem, & Athenæum oſtendit Galenus. Si enim, inquit, vtriſque parentibus fœtus aſsimilantur, iuxta communem in vtriſque cauſam aſsimilantur. Atqui vtriſque parentibus aſsimilantur fœtus: Iuxta communem igitur cauſſam in vtriſq. communem exiſtentem aſsimilantur. Ac rurſum aſsimilationem non ex menſtruo fieri ſanguine hoc docet argumento: Si iuxta communem cauſſam fœtus parentibus ſimiles ſunt, aut ſanè iuxta ſeminis, aut menſtruorum ſubſtantiam ſimiles ſunt: ſed menſtruorum ſubſtantia non eſt communis: Iuxta ſeminis igitur ſubſtantiam ſimiles redduntur. Iam quòd femineum ſemen, ſemel emiſſum conceptionis tempore rurſum in matricem recipiatur, ipſa experientia docere conabimur. Ad conceptionem enim requiritur, vt eodem momento vtriuſque ſemen, hoc eſt, ma-

Digitized by Google

ris & feminæ ſeſe mutuo excipiant, atq. in ſe tota miſceantur, ac demũ in matricem recepta reſeruentur, quod mulieribus ei rei attentis percipere haud quaquam difficile erit: fatebũtur enim conceptionis tempore matricis os à coitu ſiccius reddi, atque maiorẽ quandam cum voluptate attractionem ſe perſentiſcere. Neque enim à natura, quam Hippocrates iuſtam, Ariſtoteles bonũ œconomum nominat, fruſtra quicquam creatum eſt: ſiquidem quorſum feminis teſtes eſſent attributi, niſi ad ſeminis perfectiorem alterationem?

CAPVT III.
De virorum & feminarum vaſis ſeminarijs.

VARII *ſunt vſus, ac conſtitutio vaſorum ſpermaticorum, multas ſiquidem circumuolutiones, atque ſpiras habent ſuper ſe inuicem iacentes. Vena etenim illa ſuperiacens, arteriáque ſubiacens flexiones multas faciunt æquales inſtar retium multiformiter errantium: in hoc concoquitur plurimus, & perfectiſsimus, qui ad teſticulos defertur, ſanguis ac ſpiritus, vt euidẽter videre licet in primis illis inuolucris, ſeu ambagibus; ſanguinolentum enim, & humidum adhuc eſt id quod continetur; in eis verò quæ deinceps ſequuntur, albius ſemper, ac magis ac magis albeſcens,*

Digitized by Google

beſcens, quouſque exactè totum factum fuerit album in omnium vltimis circumplexibus. Continent autem amplexus hi, in fœcundioribus præſertim, tantum ſeminis, quo tres quatuórve fœtus ſeri commodè poßint. quapropter nequaquam mirandum eſſe dicit Realdus Columbus, quod tamen tanquam admirandum proponit Ariſtoteles, taurum cui quanquam teſtes execti eſſent, genuiſſe tamen. Cæterum amplexus hi in teſticulos terminantur, qui vacui & cauernoſi quum ſint, ſuſcipiunt id humidum quod percoquitur in vaſis. Concoquunt autem & ipſi perfectum rurſus ad animalis generationem, in maſculis quidem & calidius reddentes, & apparens in ipſis iam exactius elaboratum propter longitudinem viæ, tum propter robur vaſorum concoquentium. Imperfectius autem teſtes feminarum, quippe qui minores, & frigidiores ſint, & minùs exactè elaboratum ſemen ſuſcipiunt, quòd non ſit ea longitudo venarum ſeminalium in mulieribus, quæ in viris: nam licet eandem ſortiantur originem, atque eundem finem, (oriuntur autem dextra quidẽ à venæ cauæ trunco, ſiniſtra verò ab emulgente, vt clariſsimè demonſtrat Columbus.) Longitudo tamen vtriſque eadem non eſt, quum in viris à ſuo fonte primo obliquè deſcendant, deinde ſub peritonæum ferantur, ac deinceps ſuper os pubis,

 & poſtre-

Digitized by Google

& poſtremò in teſticulos deſinant, in mulieribus autem ſummum oſsis ſacri non præterfluant, & in abdomine ceſſent, vnde ad teſtes feruntur. Neque mirum eſt, vt ait Galenus, ſi tunicæ vaſorum quum albæ ſint, ad ſimilem ſibiipſis ἰδέαν, ſeu formam alterent ſanguinem: frequenter ſiquidem videmus iis qui ſalaciores ſunt, & ad venerem procliuiores, cruentum ſemen profluere, ſanguine illo per venas emulgentes, ad vaſa ſpermatica, leuiter ac perfunctoriè lapſo, ac demum crudo adhucdum, nec ſatis in inuolucris illis elaborato per teſtes emiſſo. Conuenienter igitur teſticulis, vti & mamillis, non à propinquis vaſis, ſed à longiſsima ſubſtantia ſanguinem, & ſpiritum deducit natura; & quoniam diligentiore elaboratione indiget ſperma, ſicut & lac, longitudo ſubſtantiæ ipſi non ſufficiebat, ſed retiformes quidam amplexus requirebantur. Iam quemadmodum ſeminis viriles, & feminini eandem eſſe viam, & ordinem motus neceſſariò oſtendimus; ita eadem vtriſque eſſe vaſa ſeminalia demonſtrabimus, quæ tamen natura viris perfectiora, & ampliora contulit. ſiquidem vt à ſingulis ordiamur: Teſtes cornibus, ſeu apicibus matricis adiacent, minores quidem, & ſimi, leporinis ſimiles, vna tantùm membrana intecti, quòd in abdito, tutóque loco, puta naturæ penetralibus, continentur; quò loco ob innatam


Digitized by Google

innatam mulierum frigiditatem poſiti ſunt. Adde quòd ſi quis vterum geminæ naturæ eſſe concipiat animo, ita vt tum extra peritonæum elabatur, tum ſic inuertatur, vt quæcunque nunc quidem extra ipſum ſunt, nunc verò interna fiant, & quæ intra ipſum ſunt forinſecus appareant, fuerint teſticuli in ſcroto, vteri amplitudine in ſcrotum conuerſa: eadem ratio eſt cremaſterum. Collum vteri quod & ipſum in feminis intus eſt ſitum, in maſculis eſt virile pudendum effectum, præputium autem virile, muliebre eſt pudendum in feminis prominens. Simili modo vaſa vteri, & ſcroti ſibi inuicem correſpondent. Vaſa etiam pro teſtes nutrientia ex iiſdem venis & arteriis procedunt: Atque hinc conſtat nulla ratione marem à femina, & vice verſa mulierem à viro ſuperari, omnia etenim quæ genitales partes conſtituunt in vtriſque conſiſtere manifeſtum eſt, hoc tamen vno differre, quòd alterius intus, alterius foris collocatæ ſint, ac rurſus alterius calidiores, atque ampliores, alterius verò anguſtiores, & minus calidæ. Quare diuinum illum ac ſummum opificem nihil fruſtra in humano corpuſculo condidiſſe rectè docet Galenus; ſic omnia tanquam ad Polycleti regulam redegit: Nam ceruicis vteri eadem fere longitudo eſt quæ penis (voco autem ceruicem partem illam in quam metula tanquam

in vaginam demittitur, cuius longitudo vt plurimum eſt, quantum vndecim digiti apicibus metiri poſsimus) ſiquidem vt ex Lyco Oribaſius, ante vuluæ amplitudinem, eius collum, & os eſt ſitum, eius ori cunnus adiacet, cuius magnitudo tanta eſt, vt magnitudo priapi, qui maximus non ſit; ſed qui ad ſemen in os vuluæ eiaculandum ſufficiat. Procreato autem infantulo, prouidit etiam natura vnde alimentum ſuppeditaretur, duo pectori adhibens vbera, quæ mulieribus quidem ampliora, & perfectiora contulit quàm viris, tum quòd his parum decoris, aut vtilitatis eſſent allatura, tum quòd mulieribus id quod antè in vtero embryoni pro alimento erat, in benignum magis humorem conuerteretur, ídque vt fieret, vt postea latius, per anfractuoſos quoſdam meatus cordi addidit vbera, vt calore cordis ſanguis ille perfectiorem ſortitus concoctionem naturæ familiarior, ac ſuauior redderetur. Sed hæc latius quàm res exigere videbatur. Cæterùm quoniam heic vteri, vaſorúmque ſpermaticorum enarrauimus colligantiam, viſum fuit tabella quadam anatomica, eandem ſtudioſorum oculis ſubiicere, quam vt reliquas ferè omnes ex Veſalio deſumpſimus.

A pars

Digitized by Google



A pars venæ cauæ eſt. B B renes. C C vrete-res. DD venæ ſeminales, quarum dextera, à trun-co venæ cauæ pullulaſcit, ſiniſtra autem ex emul-

Digitized by Google

gente vena originem trahit E E arteriæ ſeminales, à magnæ arteriæ trunco ſub emulgentibus ſcaturientes. F F venæ vterũ amplexantes, à quibus in vtero fœtui dari nutrimẽtum exiſtimant. G G teſtium inuolucrum eſt, ex ſeminariis venis, & arteriis cõſtans. H H teſtes muliebres. I veſica. K collum matricis, pudenda. L L cornua ceu apices matricis. M matrix. N N arteriæ aortæ truncus eſt in crura implantatus. O O venæ cauæ truncus eſt.

CAPVT IV.

De vteri facultatibus naturalibus.

QVONIAM *igitur fœtus in vtero & continetur, & nutritur, & augetur, non iniuria vuluam naturalibus facultatibus præditam fatebimur, ſicuti rectè teſtatur Theophilus, ſiquidem quando in ea vigere dicatur appetitus, ſemen virile deſiderat, atque id quaſi exugens ad ſe trahit, attractum iam ceu domeſticum ac familiarẽ amplectitur, ſeipſam vndique in arctum compellens, propriúmque oſculum claudens, adeò vt ne ſpecilli quidem mucronem admittat. Concluſum igitur maſculinum ſemen cum muliebri permiſcetur, ſimúlque alteratur, atque ita ambo fermentantur, vnáque ſubſtantia fiunt. Fœtus autem ſinceriore menſtruæ purgationis portione nutritur,*

Digitized by Google

tritur, (quanquam ſint quibus ea opinio ſuſpecta ſit, dicentibus ſanguinem illum tanquam excrementum, parum ad nutricationem facere, verùm opus eſſe puro, & ſincero ſanguine) & pedetentim augeſcit, carnis tantùm formam ad trigeſimum ſortitus diem: Deinde Dei immenſa heic, vt in aliis, ſapientia, carnem illam in humanam ſpeciem efformat, ſi fœtus mas fuerit, diebus triginta figuram largita; ſi femina, ſummum duobus & quadraginta. Huius autem cauſſam ſuo loco latius explicabimus. Efformata igitur caro, propriáque figura inſignis alitur, creſcítque; motu in tertium vſque menſem, dum oſſa formata & duriora ſint, carens ſi mas fuerit, inde enim moueri incipit; verùm ſi femina, non ita vt mas, humidior enim imbecilliórque eſt, atque adeò longiore tempore ad motum indiget, nam quarto menſe femina mouetur, quanquam nonnullæ ſint quæ quadrageſimo ſecundo die primos motuum inſultus, veluti volitantis muſcæ excuſsionem, vel titillationem percipiant; aliæ etiam non niſi medio imprægnationis tēpore fœtum dimoueri ſentiant. Paulatim ergo creſcit fœtus, & mouetur, donec nouem menſium tempus elapſum fuerit: ſub decimum igitur menſem vis retentrix ſuo perfuncta munere, alteri virtuti expulſoriæ nominatæ cedit, ea fœtum expellit, atque excludit. Primùm igitur

Digitized by Google

vulua attrahit materiam fœtus, ac deinceps eundem auget, & nutrit, & locis ſuis continet, ac poſtremò expellit. Eaſdem facultates recens concepto embryoni ineſſe, Galenus paſſim teſtatur, tum eo libro quo diſputat utrùm conceptus in utero ſit animal.

CAPVT V.

De vuluæ ſitu, & quæ à conceptu primo generentur.

VVLVA *Græcis* μήτρα, δελφὺς, καὶ ὑστέρα *dicitur, ac* μήτρα *quidem, hoc eſt matrix, quia mater eſt fœtuum, ut author eſt Soranus, qui ex ipſa eduntur, vel quia eas quæ vuluam habent matres efficiat, vel ex quorundam ſententia, quia conſtitutum, & definitum tempus ad purgationes, & partus habeatur:* ὑστέρα *verò dicitur, quòd omnium viſcerum ſit extrema, ídque cum exquiſitè, tum verò latitudine:* δελφὺς *autem nuncupatur, quia* ἀδελφοὺς, *hoc eſt, fratres gignat. Ea itaque ſic ſita eſt, ut peritonæo includatur, inter veſicam, & rectum inteſtinum media, huic quidem toti incumbens: Magnitudo ſanè non æqualis in omnibus exiſtit: multo ſiquidem minor eſt eius quæ peperit quàm prægnantis. illius quæ nunquam peperit minor: nec non &*

ætatũm

Digitized by Google

ætatum ratione: nam iis minor eſt quæ nunquam coierunt, & quibus nondum indulgere veneri ætas permittit. In infantibus minor quàm veſica eſt, in virginibus verò quæ ætatem florentem agunt, veſicæ eſt æqualis in iis partibus quæ ſuprà ſunt ſitæ: quæ verò ætate progreſſæ, & venerem expertæ ſunt, ac multo magis quæ iam pepererunt, in iis eſt maior, ita vt pleriſque ad finem coli inteſtini conquieſcat. Cæterùm poſtquam editus eſt fœtus, contrahitur quidem, ſed ita vt maior ſit, quàm ante partum. Figura eius in mulieribus non eſt circumuoluta, vt in animalibus quæ rationis expertia ſunt, ſed eſt cucurbitæ qua medici vtuntur adſimilis, vt ait Soranus: rotundo enim, ac lato fine, qui ad fundum eſt incipiens, ad proportionem in anguſtum oſcillum redigitur (oſcillum nanque appellant primam & prominentem eius partem.) quod ſequitur collum dicitur, quod remanet ceruix, in hanc mentula tanquam in vaginam demittitur, cuius longitudo ea eſt, quantum vndecim apicibus digiti metiri poſsimus: Rugoſa, & membranoſa eſt, non cartilaginea, quemadmodum Herophilo viſum eſt; ſuntque rugæ illius circulares, vt in coëundo virile membrum amplexaretur, atque exugeret: iiſdem rugis attritio fit, ex qua miram voluptatem amantes in coëundo percipiunt.

In ceruicis vteri finibus vuluam verſus caruncula nonnullæ prominent, à quibus voluptas & delectatio in coëundo non parum augetur; ſub hiſce labellis vuluæ, duæ adſunt à lateribus latæ membranæ, nymphæ à veteribus dictæ, ſub nymphis hymen deliteſcit. Ceruix foramen habet, quo ſemina & menstrua expurgat, & maris genituram ad ſe recipit, per id etiam fœtus in lucem egreditur. Quis enim credat, meatum hunc pro tempore, latitudine, & anguſtia variare? qui quum reliquo omni tempore nucleum ſcalpelli, vel craſſius aliquid vix admittat, prægnante muliere adeò conniueat, vt nihil prorſus recipiat, & quoties in lucem prodit fœtus, parturiendi labore adeò diſtendatur, vt per eum totum animal exeat. Sed hæc hactenus: nunc ad alia digrediamur. Poſteaquam igitur, ſicut dixi, matrix iuncta recepit ſemina, principio calor eiuſdem velut furni leuiter aſſando, efficit panniculum, tanquam cruſtam circa ſemen (ſemen enim quia lentum eſt, & omni ex parte cohærens, calore craſſius fit, & magis cogitur) eſtq́ hæc initio veluti oui ſpecies, quæ membrana circumdat ſemen intus ebulliens, propterea quia intus eſt ſpirituoſum, atque fit hic panniculus ex exteriore ſeminum parte, ac præcipuè ex muliebri, quod humidius eſt, ac magis extendi poteſt; is panniculus

Græcis

Græcis χωϱίον dicitur, Plinius ſecundas, vulgus ſecundinam appellat, & non ſolùm locus eſt reliquo ſemini, ſed & habet alios vſus, deſinunt enim in matricem innumera orificia venarum, & arteriarum, tum vt per ea ſanguis influat, tum vt fœtui tranſmittatur nutrimẽtum; oriuntur enim non ſolùm à vaſis ſpermaticis, ſed etiam aliis venis, videlicet vena caua. Porrò hæc vaſa velut radices quædam multæ, & exiles coaleſcunt, & coaleſcendo maiora quàm prius euadunt, deinde maiora adhuc reddita omnia in duos veluti truncos terminantur, venas quidem venoſa, arterias arterioſa, nam & vtrumque vas dextra, & ſiniſtra fœtui inſeritur, per quæ veluti caudices quoſdam ex vtero ſanguinem, & ſpiritum attrahit. Generata ſecunda, quemadmodum volunt Hippocrates, & Galenus, atque omnes ferè ad vnum iis poſteriores, ſtatim naſcitur alia membrana, à femineo ſemine originem trahens, initiúmque ſuum ex meatu qui οὐϱαχὸς dicitur accipiens, quæ quòd in animalibus farciminis figuram repræſentet, ἀλλαντοειδὴς ſeu farciminalis appellatur. Cæterùm hæc, ſicuti vult Galenus, ad vteri apices, ſeu cornua emergit, longa, & anguſta, vt quæ eminentibus tantùm partibus clunibus pedibúſque incumbit: eadem hæc ad veſicæ fundum, lato & inſigni meatu peruia eſt, vt

inuicem

Digitized by Google

inuicem per οὐραχὸν in medio vtriuſque ſitum committatur. Vſus eius fœtui eſt, vt vrinam iam efformati animalis recipiat, quum ſit melius non per pudendum fœtum vrinam reddere, ſed per vmbilicum. Itaque ne recrementum id acre, & mordax puſioni noceret, ſtatim ab initio vapore à conceptu defluente, qui perfectorum animalium ſudori correſpondet proportione, membranam quandam generari erat neceſſe, quam a mollitie ἄμνιον appellant, totum orbiculatim fœtum amplectentem, humorem quendam in ſe continentem embryoni amicum, in quo fœtus veluti natans leuior fit, ſurſúmque vehit ſeipſum, vt minus ſit grauis appendicibus, & vehiculis quibus ab vtero ſuſpenſus eſt: hæc autem quum ſimilia ſint polypi acetabulis, κοτυληδόνας vocauerunt. At inter farciminalem dictam tunicam, & ſecundas, nullum aſſeruatur excrementũ; verùm hæ quaſi contiguæ ſunt, quum fœtus per poſticũ nihil egerat; neq. enim is quicquã aſſumit, nec ventriculus quicquam quod concoquat habet. Siquidem quum fœtus, Hippocrate teſte, non aliter quàm ſtirpes alatur, per venam vmbilicalem puriſſimo atque perfectiſſimè elaborato ſanguine, qui per vaſa ſeminalia defertur, nutritur; nõ, vt quidam falsò arbitrati ſunt, menſtruo ſanguine, quem tanquam recrementum à ſe natura reiicit, non-

Digitized by Google

nunquam etiam toto imprægnationis decurſu, quemadmodum iis fieri quotidiana docet experientia quæ magna ſanguinis copia grauantur. Verùm quamuis hic ordo generationis panniculorum iam dictarum ab omnibus tanquam per manus receptus ſit, nec quiſquam fuerit qui conceptam ſemel opinionem refellere auſus ſit, quòd præclariſſimos erroris (ſi dicere fas eſt) habuerit authores (id enim plerumque fallaciſſimo experimento deprehenditur, quia dignitate indagare vera pigeat, ignorantiæ pudore mentiri haud piget, non alio fidei proniore lapſu, quàm vbi falſæ rei grauis author exiſtit) Solus Realdus Columbus vir exactiſſimi iudicij, & in arte Anatomica ſi quiſquam alius exercitatus, hanc glaciem ſecare auſus eſt, atque oſtendere farciminalem dictam, primum, & ante omnes generari membranas, idque ſtatim à concepto ſemine, adhæc non tantùm ſubſterni fœtui, ſed totum orbiculariter circumplecti, atque id non tantùm multis rationibus, euidentibúſque argumentis ita eſſe comprobat, verùm etiam in embryone menſtruo Romæ ſe in publico theatro demonſtraſſe ait. Genita demum allantoide, venis arteriíſque per vmbilicum tendentibus, quæ ſuo in exortu plurimæ ſunt vt fulcirentur, natura affuſionem quandam genuit, quæ orbicularis ſit placentæ in morem, quam

ſecundas

Digitized by Google

ſecundas vocant. Atque hanc quidem effuſionem in hominibus, membranam haud quaquam eſſe aſſerit, verùm craſſam quandam materiam excrementorum inſtar, ac neque totum fœtum orbiculatim amplecti docet, verùm matrici admodum cohærere, ac proinde nihil mirum eſſe ſi in partu magna fiat ſanguinis effuſio, quum venæ ac arteriæ diſrumpantur: ac reliquos anatomicos taxat, quòd non humanam ſed beluinam, aut caninam ſecundam depinxerint. Nos ea miſſa facimus, contenti admonuiſſe lectorem quæ doctiſsimus ille, atque exercitatiſsimus ea in arte vir, primus animaduertit, cuius ſententiæ refragari, quamuis ſit veritatem oppugnare; ne tamen quicquam ſeni illi Coo, quem heic imitandum propoſui, derogem, & ne diu, & ab omnibus receptam opinionem explodere videar, placuit primùm & ante omnia Hippocratis atque Galeni opinionem exponere. Cæterùm panniculi hi, ſeu membranæ, principio quidem tenues ſunt, ſenſim verò grandeſcunt, præſertim autem chorion, quæ ſucceſſu temporis craſſa & fortis redditur. Præter iam enumeratas membranas, inquit Spartianus, ſolet nonnunquam puerorum iam editorũ caput membrana quapiam ceu pileolo inſigniri, quam obſtetrices ilico ſurripiunt, ac cauſidicis diuendunt; dicuntur enim iidem ad dicendas cauſas iuuari,
ſed

ſed hoc rarum admodum eſt, vulgus galeam vocat, ſeu armaturam conceptus.

CAPVT VI.

Signa in vtero concepti embryonis.

FEMINIS *æquè ac viris neceſſarium eſſe ſemen ad concipiendum, contra Athenæum ex Galeno retuli, atque id duobus exemplis demonſtratũ clarius euadet: ſi enim hircus ouem iniens, non hircum ſed ouem duriore quidem lana generabit; & contrà ſi aries capram ſubagitans capriforme animans pilo tamen teneriore producet, maior genituræ quantitas à feminis ad embryonis generationem decidi videbitur: vult enim natura ſobolem matri eſſe ſimilem. vnde Poëta,*

Sic canibus catulos ſimiles, ſic matribus hœdos.

Igitur ſi coëuntibus, præter conſuetudinem ſenſibilis aliqua ſuboriatur voluptas, atque matricis tanta attractio, vt penis iam quodammodo exugi videatur, atque his ſuccedat leuior vtriuſq. rigor cum linguæ balbutie, aut palpitatione, ſi ceruicis caliditas, ac ſpinæ dorſi frigiditas, indubitatum procul dubio ſignum conceptionis, ac tum demum vteri os ita comprimitur, vt acus cuſpidi inuium ſit: quod aperte docet Hippocrates Aphoriſmorum ſectione 5. Aphoriſmo 51. Quæ vtero, inquit,

Digitized by Google

quit, gerunt, iis vteri os comprimitur: nam vt Galenus in commento eiuſdem Aphoriſmi docet, ob ſolum conceptum, vel durum tumorem, aut inflammationem matrix contrahitur, quod obſtetrices immiſſo in vuluam digito facilè percipient. diſtinguitur enim ab eo quæ in grauidis eſt vteri duritie. Reliquit & aliud diuinus ille ſenex certum admodum conceptionis augurium: dicit enim, Si velis noſcere an concepit mulier, quando dormitura eſt, ei aquam mulſam potandam da, & ſi alui tormina patietur, concepit; ſin minus, non concepit. Iubet autem ſicut docet Galenus mulſam crudam exhibere: quoniam ſic flatuoſior eſt, quæ qualitas (ſi volumus noſcere) neceſſaria eſt, volens & quieſcere ſimul, & cibis plenam eſſe mulierem, hæc enim ambo ad torſionum conferunt generationem. Hieronymus Cardanus, Si qua mulier ſit, inquit, de qua id dubitetur an vterum gerat, ſi autem id tempus iam eſt, in quo fœtus moueri poßit, quod quamuis varium ſit in diuerſis, nunquam tamen ſerius menſe tertio exacto mouetur. Lintea aqua frigida imbuta & expreſſa imponito ea ventris parte, qua magis tumet duriórque eſt: ſi concepit, mouebitur fœtus, frigoris noxam quaſi refugiens, atque eum motum mater ad hoc intenta omnino percipiet. debet autem ſi primum non ſenſerit, bis

terve

térve repeti, atque etiam diuerſis in locis: ita fieri non poterit, vt motum, ſi quis omnino ſit, illa non percipiat. Et quanquam hoc experimentum aliâs à me cum vino velut tutiore fieri ſoleret, exiſtimo tamen aquam ſecuriorem, quòd vinum aduerſetur fœtibus, lædit enim caput etiam perfectorum. Hæc ille: ſunt qui alia aliunde non incerta prorſus venentur indicia, vt ſunt vbera duriora, ac quaſi in colliculos quoſdam extuberantia, ſic tamen vt alterutrum magnitudine excedat, nam pro ſexus diſcrimine, alterum altero magis excreſcit: neque ſolet durities illa omnino doloris eſſe expers; eámque comitari ſolet papillarum viuidus quidam color, aut rubedo. Eodem referunt alterius hypochondrij diſtentionem, cum alui duritie. propter cõpreſſa enim inteſtina difficilius excernuntur fæces. Sunt rurſus qui ex facie faciant coniecturam, nam lentiginoſa maculoſáque vt plurimum eſt, offuſcatur enim facies, ob atras impuri ſanguinis fuligines ſurſum latas, quæ alioqui ſtatis temporibus per menſes expurgari ſolebant: conſueuit enim à conceptu reſtringi matrix, ac menſtruus ille fluxus cohiberi, quanquam id non ſemper & neceſſariò, videmus enim eas quibus ſanguinis magna copia eſt, citra vllam moleſtiam toto imprægnationis tempore ſingulis expurgari menſibus. Cæterùm menſtruum illud

Digitized by Google

retentum in grauidis, ſicut à natura alienum prorſus eſt, ita varia ſymptomata conciliat: à conceptu enim paucis contingit vt melius habeant quum vterum gerunt, (quanquam contrarium in paucis aliquot animaduerterim) ſed præcipuè tunc faſtidiũt, quum fœtui capilli oriri occipiunt: ſic circa ſecundum menſem Galenus affectionem accidere dicit quæ à pica auicula nomen accepit: alij tamen ab hederæ ſimilitudine, quæ κίττος Græcè vocatur, affectionem eam κίττον, καὶ κίττησιν Græcis appellatam ſentiunt: ſiquidem velut hederæ variis plantis prout occurrunt ſeſe implicare ſolent, ita mulieres pica laborantes, canum more varia edulia appetunt, atque ea contraria, quæ tum voluptatem, tum inſuauitatem guſtanti exhibent; quem affectum pellere tradunt, vitis viniferæ foliorum, capreolorúmque ſuccum potum. Dicúntque nonnulli, ſi pica laborantes, carbones aut terram comederint, natos infantes in capite ſigna quædam referre; quod nondũ animaduerti. Hippocrates etiam ex oculis coniecturam facit: inquit enim, mulierem grauidam ſi aliter non dignoſcas, oculi tibi demonſtrabunt; nam retracti & caui magis ſunt, liuidiúſque eorum album eſt. Plinius, à conceptu, inquit, decimo die dolores capitis, oculorum vertigines, tenebræq́ʒ, faſtidium in cibis, redundatio ſtomachi indices ſunt hominis

Digitized by Google

nis inchoati. In ſumma, ſi mulieres quæ ritè purgantur, & quibus ſine cauſa manifeſta ſupprimuntur menſtruæ purgationes, neque febre infeſtante, neque rigore ſuperueniente, & ſi faſtidia incidant, indica ipſas in vtero habere. Lotium autem, quanquam id fallax omnino ſit, ſubſidentiam habere ſolet arenoſam, non ſecus ac articulari morbo laborantes, coloréque album, aut pallidum eſſe ſolet. Pulſus autem inordinatus, & inæqualis, ita vt modò magnus, modò paruus ſit.

CAPVT VII.

Concepti maſculi aut feminæ notæ.

RELIQVVM *nunc eſt, vt concepti maſculi aut femellæ ſigna, quo ad fieri poteſt, ex Hippocrate, & Galeno demonſtrem. Fœtus igitur mares quidem in dextris magis, feminæ verò in ſiniſtris geſtantur. Siquidem quum, vt antè dixi, in mare perfectiora ſint vaſa ſpermatica, neceſſariò requirebatur maior calor, qui dextro quàm ſiniſtro lateri propter hepatis vicinitatem maior eſt: quod ita eſſe demonſtrat Galenus in ſemine muliebri ex ſiniſtro matricis cornu effluente, quod aquoſum admodum, & tenue eſſe dicit, reſpectu eius quod è dextro fluit: quo reſpiciens Hippocrates ſexto Epidemion, Ideò, inquit, mas validior, biliosior,*

bilioſior, ſanguinolentiórque exiſtit, quia locus animalium in quo concipitur calidior eſt. & Galenus, Calidior verò temperatura fœtibus aduenit non minima ob locum qui eſt dextera vteri pars: hic autem ipſe calidior exiſtit propter hepatis vicinitatem. Hinc fieri dicunt, vt concepto maſculo, dextera vteri pars magis exurgat, intumeſcátve, quemadmodum & mamilla eiuſdem lateris extuberantior eſt: & contraria omnia apparere ſi prægnans femellam geſtarit. verùm hoc, inquit Cardanus, & præcedens ſignum, ſicut certiſsimum eſt, vt vix vnquam fallat, ita pleriſque anceps, quum hoc diſcrimen tam exiguum ſit, vt non niſi longa conſuetudine dignoſci queat, eſtq́ velut gemmarum notitia: Collocare oportet mulierē ſupinam ad amuſsim, & vt in luxatis pedibus, exquiſitiſsimè laterum comparationem habere, quæ vt dixi, quum medicos expertos in luxatis fallat, nihil mirum ſi vbi obſcurius eſt diſcrimen, & experientia longè rarior, homines hæſitent. Contingit tamen, licet vix in viginti prægnantibus vnam inuenias, dexterum latus turgidius eſſe, & tamen femellam in vtero habere, aut conuerſo modo. Idem de mammis iudicium eſto. Addunt alij, ſi papillæ ſuperiora ſpectent, marem geſtari, ſi inferiora, feminam: præterea ventrem rotundum, durum, & tenſum, maſculi notam

eſſe,

Digitized by Google

eſſe; contrà femellæ indicium ventrem longum. Adhæc mulier ſi marem concepit, benè colorata eſt, ſi feminam malè: motiones inſuper validæ, ac frequentes maſculini ſexus conceptum indicant: ſiquidem quum mas femina robuſtior ſit, ac perfectior, conſequens quoque eſt vt validiores motus faciat. His nonnulli addunt concepto maſculo motus animi per omnia ſibi reſpondere. Neque dubitarunt alij ex motu pedum, vel brachiorum coniecturam facere: ſi enim aiunt, prægnans aliò ſeſe promouens dexterum pedem primum ſubleuans progrediatur, aut dextero cubito innitatur, ſignum eſſe concepti maſculini fœtus; contraria omnia eſſe in femina. Plinius naturalis historiæ libro, auſtro flante in brutis animantibus femineos concipere fætus, & contra ſi aquilone flante coëant animalia mares fieri author eſt. Id Albertus Magnus ita accidere dicit, quod flante auſtro corpora humidiora ſint, & quod calor geminus extraneo calore auſtri reſoluatur, atque vires debilitentur; vnde conſequens ſit eodem flante, femellas potius quàm mares generari, & quod in brutis fieri dicit Plinius, idem in hominibus locum habere exiſtimant non pauci, idque eò potiſſimum, quod matutinos coitus plurimi mares procreare dicant, & veſpertinos femellas.

Digitized by Google

CAPVT VIII.

De fœtus formatione.

PERPVLCHRA *collatione Hippocrates fœtuum formationem cum ſtirpibus confert: ex quarum ſemine duplex quædam progenies fieri cõſpicitur, deorſum ſanè in terram vna, in aërem verò ſupra terram alia quædam perſimilis: quæ quum per initia graciles exiſtant, temporis proceſſu grandeſcunt ſimul, & in longum porriguntur, ac vbi iam magnitudinem notandam obtinent, in ramos ſcinduntur, quumq; hi rurſus in alias propagines diuidantur, deinde illæ in alias, quolibet temporis momento, omnes ipſas ſimul & nutrire, & augeri contingit, quin & fructus vniuerſis ipſorum extremis vbi ſtirps adoleuerit innaſci. Conceptum etiam primo tempore parciſſimè increſcere, cæterùm quũ diſtingui manifeſtè incipit amplius, quemadmodũ quum iam diſtinctus eſt maximè, multis in partibus natura quæ ipſum diſpenſat operante: neque enim in fœtibus manifeſtæ conformationis, neq; motionis, neque editionis in lucem vnus idémq. præfinitus eſt terminus: nam & admirãdus ille Hippocrates quatuor fœtuum tempora deſcribit. Primum in quo circa aborſus, & circa diſſectiones ſeminis ſpecies exuperat & dominatur, quo tempore neque fœ-*

tum

tum eam animalis conſtitutionem vocat, vt poſt in genitura ex vtero elapſa audiemus. Poſtquam verò expletus ſanguine fœtus fuerit, cor verò & cerebrum, & hepar adhuc inarticulata ſunt, firmitatem tamen iam aliquam, & magnitudinem memorabilem obtinent, hoc ſecundum tempus erit: carniformis igitur, & non amplius ſeminiformis eſt fœtus ſubſtantia. ergo neque genituram huiuſmodi ſpeciem Hippocrates, ſed fœtum deinceps appellat. Tertium porrò tempus conſtituit, quando tria principia videre manifeſtè licet: reliquam verò partium omnium deſignationem per lineamenta, & quaſi adumbrationem: euidentem namque videbis circa tria principia formationem, obſcuriorem verò partium circa ventrem, & multo obſcuriorem ab his circa artus; hi enim poſterius, vt loquitur Hippocrates, ramificant, proportionem quam ad ramos habent per hanc appellationem oſtendere volens. Quartum demum, & poſtremum tempus, hoc eſt, quando iam omnia in articulis ſunt plenè articulata, & non fœtum ſolùm, ſed iam etiam puerum nominat quod in vtero conceptum eſt diuinus ille ſenex, quando & pedibus calcitrare, & velut perfectum animal moueri, dicit. Hæc autem tempora verſibus quibuſdam comprehendere ſolent: quos heic quoque ex Ægidio ſubiungere libuit:

Sex in lacte dies, ter ſunt in ſanguine terni,
Bis ſeni carnē, ter ſeni membra figurant.

Et aliter.

Iniectum ſemen ſex primis certè diebus,
Eſt quaſi lac, reliquiſq. nouē fit ſanguis, at inde
Conſolidat duodena dies, biſnona deinceps
Effigiat; tempuſq. ſequens producit ad ortum.

Itaque quum ad fœtus perfectionem ſingulæ particulæ, tum ad generationem, tum ad reliquam diſpenſationem, idoneo egeant alimento, ídque à grauida ſuppeditari dixerimus, fieri non poteſt, vt particula aliqua abſque ſubſtantia ſanguinea gignatur. Iecori igitur quum ſanguini quàm ſimillimum ſit ſubſtantia, celerrimè generari ratio ipſa poſtulat; ídque non ideò tantùm, ſed vt fœtui inde nutricatio ſuppeditaretur, vt iam dictum eſt. Id autem ita ſe habere euidentiſsimè oſtendit Hippocrates in fœtu ſeptiduano elapſo. Genitura, inquit, cum ſonitu in terram effluxit: qualis autem erat, ego referam. veluti ſi quis ouo crudo externam teſtam circumcirca adimat; in interna verò pellicula, incluſus humor pelluceſcat: modus quidem talis erat, vt abunde dicam, ruber erat liquor, & rotundus; in pellicula verò fibræ quædam albæ, & craſſæ ineſſe videbantur, cum cruore craſſo & rubro obuolutæ, circa pelliculam autem foris cruenta veſtigia inſtar ſuggillatorum. Hactenus Hippocrates, docens hepar primis ſtatim

diebus

diebus generationis ſuæ rudimẽta ſuſcipere, quod enim rotundum, rubens, intra ſecundas vel pelliculam apparere dixi, id nimirum iecur erat, rude adhuc, & informe, quemadmodum in ſubiecta figura prima contemplari licet, uam ſecunda cor, tertia cerebrum delineatum refert.

Abſoluto igitur iocinore, ex venis quæ in gibbis partibus ſunt, quaſi radicibus quibuſdã caudex colligitur maxima venarum quæ in corpore ſunt. Iecorariam Hippocrates, alij cauã, magnitudinem eius ex hoc nomine indicãtes, vocant. Ex hac





quum ſurſum deorſúmque vergat, cordis generationi materia ſuppeditatur: neque enim fœtus in principio generationis arteriarum, neq. pulſuum neceſſariam vtilitatem habet. Atque quemadmodum hoc iecore poſterius naſci cõſentaneum erat, ita & cerebri ſtructura longius producenda, propterea quod neque quicquam eget fœtus, ſine ani-

mal


Digitized by Google

mal quod in vtero geſtatur cerebro, quum neq. viſu opus habeat, neque auditu, neque guſtu, neque odoratu; quẽadmodũ etiam neque artuum actione, neque vlla penitus volũtaria motione, neq. tactus ſenſu, neque imaginatione, neq. ratione neq. memoria. Huius autem clariſſimum exemplum exhibẽt abortus triginta dierum. Hepar etenim reliquis maius, ac vtero propinquius,





pinquius, quum tamen propè ſe inuicem ſita ſint, reperitur collocatum: huic ſtatim contiguum cor eſt, hoc cerebrum remotius, vt quod poſterius generetur. quod vt clarius fieret, figura quadam ad viuum exprimere conati ſumus.



Ceſſent igitur Peripatetici, cum Peripateticorũ principe Ariſtotele, cor primùm gigni aſſerere, atque id ſanguificationis fontem dicere. Nã quantumuis non negem in animalibus quæ in ouis generantur, primum quod creatur eſſe cor, in homine tamen falſum id eſſe aſſerimus. Cæterùm inter oſſa, vertebræ atque ſpina ipſa primò generantur, vt pulcherrimè demonſtrauit Ariſtoteles. Trotula capite 12. de formatione ſeminis ſic ſcribit: Primo menſe fit purgatio ſanguinis, ſecundo fit expreßio ſanguinis, & corporis: Tertio vngues & ca-

& capillos producit. Quarto motum, & ideò nauſeant mulieres. Quinto accipit fœtus ſimilitudinem patris vel matris: Sexto neruorum conſtructionem: ſeptimo oſſa & neruos confirmat: Octauo mouet natura, & infans rerum beneficio repletur: Nono à tenebris procedit in lucem.

Capvt IX.

De geminis & ſuperfœtatione.

Contingit non rarò vt δίδυμοι (ſic enim propriè appellant Græci eos, qui vno partu nati, coniunctis connexíſque corporibus prodeunt) ex latebris erumpant: cuiuſmodi nos dum hæc ſcriberemus vitulum vidimus: erat is biceps, octupes, vtrinque fronti duo erant oculi, binæq; aures; & ne quid deeſſet, clunibus duæ appendebant caudæ, & tamen hæc omnia quum eſſent geminata, dupliciáque, venter thoráxque vnicus erat. Atque hic quidem vitulus, vt monſtroſus, & præter naturam erat, ita non ſolùm ſibi, ſed & matri antè parturitionem vitam ademit, quo minus mirum eſt monſtroſos omnes partus mulieribus horrendos, timendóſque eſſe: Sæpenumerò etiam gemini, ſeu gemelli, quos διδυμάονες Græci, & tergemini qui τρίδυμοι dicuntur, vno eodémque partu excludantur: ſed & frequenter

Digitized by Google

quenter vſu venire videmus, vt aliæ ſtatim poſt partum inanimo quodam pondere (molam vocant) liberentur, aliæ, quod rarius eſt, vno partu liberæ, poſt dies aut hebdomadas aliquot parturiginem non fruſtra experiantur, quas ſuperfœtare Latini dicunt. Gemellorum autem, & tergeminorum cauſſam Eraſiſtratus repetitam conceptionem exiſtere arbitratur; Empedocles, vt docet Galenus, ob ſeminis copiam, & diuiſionem fieri putabat, Aſclepiades autem ſecundum ſeminum differentiam naſci didymos perinde ac hordei grana, quorum hæc in duos, illa in tres propagatas edunt ſpicas: Stoici Hippocratem ſequuti ad matricis loculos cauſam referunt: locorum enim in quos ſeorſim ſemen ceciderit diſtinctio, fœtuum numerũ deſignat. Si igitur id quod vir eiaculatur ſemẽ in vterum delapſum vtrunq. ſinum ſubeat, híſque quemadmodum ad conceptionem requiri diximus, concluſum foueatur, affluente muliebri ſemine gemelli generabuntur: at ij ſi eiuſdem ſexus ſint, iiſdem ſecundis inuoluentur, vna ſimplicíque membrana ne contritu ſe mutuo lædant ſeiuncti: habet tamen quiuis ſuum vmbilicum, propriáque tum ſanguinis, tum ſpiritus vaſa. At ſi vtrunque ſexum vtero concepiſſe contigerit, diuerſis, iíſque ſeiunctis ſecundis contegentur. Cæterùm Hippocrates ſexum variari author eſt,

pro

Digitized by Google

pro locelli in quo ſemen conceptum eſt, varietate, ſi enim in ſiniſtro vteri ſinu conceptum viri ſemen diuiſam cum muliebri ſemine fermentetur, feminini ſexus proles generabuntur; ſi in dextero, maſculini; ſi in vtroque, vtriuſque. dicit enim, Mulieri vtero gerenti geminos habenti, ſi altera mamillarum gracilis fiat, alterum abortit: & ſi dextera, marem; ſi ſiniſtra, feminam. Ptolemæus ad varios ſiderum poſitus pluralitatem, vel varietatem ſexus fœtuum refert: nam Siquando & in bicorporibus, inquit, fuerint dominantia loca, & pluribus ſtellis configurata, plures duobus naſci contingit, quorum multitudinem à numero ſignificatoris planetæ colligimus. Genus autem ab aſtris, cum ſole, & luna, & horoſcopo configuratis, pro maſculino aut feminino partu. Quando verò huiuſmodi conſtitutio vnà cum luminaribus complectitur horoſcopi angulum, ſed eius loco medij cæli culmen, hæ matres geminos vt plurimum, aut plures concipiunt. Peculiariter tribus quidem maribus donant: vt in Anactorum genitura ſimul prædictis locis in bicorporibus configurati, Saturnus, Iupiter, Mars. Tribus verò femellis in Gratiarum genitura, Venus, & Luna cum Mercurio effeminato: Duos verò mares, & feminam vnam largiuntur, vt in Dioſcurorum genitura, Saturnus, Iupiter, Venus: Duas femellas

vnúmque

Digitized by Google

vnúmque marem in Cereris, Cores, & Dionyſij, Venus, Luna, Mars. In quibus ferè accidere ſolet, quòd non ad frugem perueniant, quæ nata ſunt, quódque non ſine inſignibus quibuſdam corporis notis producantur. Hæc Ptolemæus. Ariſtoteles in hominum genere vtriuſque ſexus geminos ſeruari non poſſe author eſt, quòd videlicet partus eiuſmodi laborioſi, & contra naturam ſint: nam partus geminatio, vt inquit, homini maximè contra legem naturæ ſuæ accidit; ſingulos enim parere ſancitum eſt: tum in geminis ipſis, natura feminam, ac marem creari recuſat. Plinius editis geminis raram eſſe aut puerperæ aut puerperio, præterquam alteri, vitàm dicit: ſi verò vtriuſque ſexus editi ſint gemini, rariorem vtriſq. ſalutem. Ptolemæus præter iam dicta dicit, quòd ſtatim poſt natiuitatem, quædam rara, & inopinata illis eueniant, propter nimiam permiſtionem planetarum, atque, ſi fas eſt dicere, eorundem confuſionem. Proinde ſi maſculinum ſemen diuiſum in locellis cum muliebri quidem miſcetur, ſed ita vt proportionum quædam ſit inæqualitas, tum fiet vt fœtum mola ſubſequatur, laborioſus me hercules ſi quiſquam alius partus. Atqui ſi non vno tempore, ſed multorum dierum interiecto numero partus fiant, id ex diuerſo mulieris cum viro cõgreſſu fit; dulcis enim illa veneris prurigo, leues

D *mulier-*

Digitized by Google

mulierculariun animos, ad iteratos coitus facilè pellicit, vnde & ſuperfœtare nonnunquam ſolent: ſed canibus, ſuibus, daſypodibus, leporibus, & id genus animalibus quemadmodum frequens eſt, ita mulierculis admodùm rarum; quòd menſes viri conſuetudine non tantùm prouocentur, ſed & quòd vulua illa titillatione quodammodo dehiſcens iam, non ſolùm non concipiat, ſed conceptam antè genituram reſpuens reiiciat, atque abortiui quid pariat. Narrat autem varia ſuperfœtationis exempla Plinius, in ea videlicet quæ gemino partu, alterum marito ſimilem, alterum adultero genuit. Item in Proconeſia ancilla, quæ eiuſdem diei coitu, alterum domino ſuo ſimilem, alterum procuratori eius; & rurſus in alia quæ ſeptem menſium edito puerperio, inſecutis menſibus eſt geminos enixa. Si igitur ex diuerſis congreſſibus ſemen in vtero concipere contingat, quemadmodum concipiendi, ita & pariendi tempus varium erit.

CAPVT X.

De progenitorum ſimilitudine.

TRIPLEX *omnino ſimilitudinis genus eſt, vnum in ſpecie, alterum in ſexu, tertium in effigie. de ſpecie quidem diximus, vbi multo copio-*

Digitized by Google

copioſiorem materiam fœtui à femina quàm à viro conferri diximus. Sexus item ſimilitudinem ex temperatura, & moderatione agentium & principum quæ in ſeminibus inſunt qualitatum, prouenire: vt ſi vtriuſque parentis ſemen calore ſiccitatéque plurimum excellat, mas vt procreetur occaſionem & cauſam præbebit; & vice verſa: ſic Parmenides ille Græcus longè ante Galeni tempora, libris ſuis quos de natura ſcripſit, hermaphroditos, & qui vtriuſque veneris appetentia teneantur (μαλθακὺς Græci, Cœlius ſubactos vocat) natos progigni author eſt, vbi videlicet virtutes quæ ſeminibus inſunt, permixto ſemine corporeo ſeparatæ permanſerint, cuius quia verſus Græcos benè Latinos Cœlius Siccenſis Methodicus reddidit, aſſcribemus:

Femina, *inquit*, virque ſimul Veneris quum germina miſcent,
Venis informans diuerſo ex ſemine virtus
Temperiem ſeruans benè cõdita corpora fingit:
Nam ſi virtutes permixto ſemine pugnent,
Nec faciant vno permixto in corpore, Diræ
Naſcentem gemino vexabunt corpore ſexum.

Formæ autem, & effigiei ſimilitudinem, alij aliæ aſignant cauſæ. Aſtrologi patribus filios magna ex parte ſimiles extare dicunt, quoties Sol in centro horoſcopi fuerit, in diurna genitura, aut Sa-

Digitized by Google

turnus in nocturna: eodem modo filia matri ſimilis erit, quum Luna in nocturna genitura, aut Venus in diurna cum centro horoſcopi fuerit: ac fratres inter ſe ſimiles fore, quoties ſignificatores fuerint in communibus ſignis, ſeu bicorporeis. Nepotes autem auis ſimiles futuros, quando ſignificator patris, iunctus erit ſignificatori filij: & ſimiliter de auia, & nepte: Filios fratrum patruis, aut filias amitis ſimiles futuras, quando genethliaca figura eius qui viri pater eſt, alteri frater, eundem habuerit filij & fratris ſignificatorem, aut non eundem, ſed coniunctos, licet diuerſos. Galenus robori facultatis conformantis quæ in ſemine opifex eſt, ſimilitudinis cauſſam acceptam fert, atque hinc interdum vſu venire videmus, vt ſexu alterum imitetur, forma alterum, quum videlicet neutrum ſemen alterum euincat. Nam quamuis virile naturâ valentius ſit materno, præpollet tamen hoc interdum, propterea quòd nouem menſium ſpacio vim plurimam ſumat, ex ſynceriſsimo puriſsimóque ſanguine, quo fœtum nutriri diximus. Sic Empedocles ſimilitudinem quidem ſecundum ſeminum excellentiam, diſsimilitudinem verò vbi à dextris matricis partibus effluat ſemen; matrum verò vbi à ſiniſtris. Plinius naturalis ſuæ hiſtoriæ libro ſeptimo, altiùs paulò rem ſcrutatus videtur: hauſta enim, inquit,

quit, imago ſub ipſo conceptu ſimilitudinum reputatio eſt, cogitatio enim vtriuſque parentis animo ſubitò tranſudans, effingere ſimilitudinem exiſtimatur; ideóque plures in homine, quàm in cæteris omnibus animantibus differentiæ, quoniam velocitas cogitationum, animíque celeritas, & ingenij varietas multiformes notas imprimit, quum cæteris animalibus immobiles ſint animi, & ſimiles omnibus, ſingulíſq. in ſuo cuique genere: hinc alios auis ſimiles, alios cõformes patribus naſci videmus, nonnunquã etiam ex albis parentibus partum ipſum in Æthiopẽ degenerare; cuius exemplum deſcribit Plinius de Niceo nobili poëta Byzantij genito, qui adulterio Æthiopis nata matre, nihil à cæteris colore differente ipſe in auum degenerauit Æthiopẽ, tanta eſt poteſtas comprehenſionis, & firmæ grauidarũ cogitationis; vt ſicuti plerumq. corpus cogitantis immutat, ſic & in conceptum ſemen vim ſuam conferat: nam ſi mulieri quæ nuper vtero concepit, vel ceraſum, vel fragum, vel vinũ in faciem, aut ſinum effuderis, animóq. id grauiter ferens apprehendat, ibidem notam referre quotidiano exẽplo videmus. Nam & Goudæ dum hæc ſcriberem, mulier quædam conſpicata greges Indicorum pauonum, aut gallinaceorum, aut quomodocunq. vocare libuerit, atque inter hos gallum quendam præ cæteris ſpectatæ

 formæ

Digitized by Google

formæ caudam, criſtáſque erigentem, ac varios Protei in modum induentem formas, animo conſternata, non multò pòſt monſtroſum, eúmque admodùm laborioſum partum enixa eſt. Infantis enim facies tota dehoneſtabatur enormi quadam, atque carniformi excreſcentia: nam labrum inferius varicolori quadam cuticula circumtegebatur; quæ quidem vt omnes, varióſque Indicorum pauonum colores expreſſit, ita etiam eiuſdem dependentes malas, quàm appoſitiſsimè delineauit. Poſſemus multa eius generis exempla in medium proferre, quæ breuitatis cauſſa omittimus: vnum certè, cuius in coſmographia ſua meminit Munſterus, quum præ cæteris admiratione dignum ſit, hîc aſſcripſiſſe iuuabit. Colloquebantur, vt ſcribit, à Wormatia non procul, anno ſalutis humanæ ſupra milleſimum quadringenteſimo nonageſimo quinto, duæ mulieres; quarum quum altera vterum geſtaret, ac tertia quædam ex inſperato ſuperueniens colloquentium capita concuſſiſſet, grauida animo conſternata, in concepto iam fœtu manifeſtum concuſsionis huius reliquit ſignum. Siquidem quum adeſſet iam parturiginis tempus, enixa eſt didymos: erant duæ puellæ corporibus integræ, ſed in vertice fronte tenus connexæ inſeparabiliter, & ſe mutuò inſpicientes: cogebatur ſimul incedere, ſimul dormire, & ſurgere;

Digitized by Google

gere; & quum vna procederet, altera retrocedebat, naſi vtriuſque ſeſe ferè contingebant, oculi verò non in directum, ſed in latera tantùm torqueri poterant, quia paululum ſupra oculos frontes cohærebant. Extenſa eſt vita illarum ad decimum annum, & quum tunc vna moreretur, illáque à ſuperſtite reſecaretur, viua ex accepto in capite vulnere, aut potius ex vulneris fœtore, & cerebri putrefactione, ſororem paulò pòſt per mortem eſt ſequuta. Hactenus Munſterus, quæ niſi is ſuis oculis ſe vidiſſe affirmaret, quoniam ſupra hominum fidem ſunt, non crederemus. adeò mirum videri nemini debet, ſi imaginatio ſimilitudinum, aut diſsimilitudinum cauſſa dicatur: ſæpenumerò ſiquidem quum ſtatuas aut ſimulachra inter coëundum mulieres maximè amaſſent, ſibiq́ue poſuiſſent ob oculos, ſimiles poſtea eas edidiſſe fœtus in lucem pro comperto habemus. A quo non diſsimile eſt quòd gallinis, aliiſque auiculis oua incubantibus, ſi albis contegantur linteis, albos naſci pullos, variiſque varios produci videamus. Neque ab hoc diſſonat, quod Geneſis 30. Hebræus ille Iacob varicoloribus ſuis virgulis præſtitit: adeò vehemens eſt imaginatio, vt non ſolummodo formas, ſed & ſpecies immutare poſsit, ſi Conciliatori credimus. Stoici quanquam ab hoc non omnino diuerſum ſentiant, aliò nonnihil ſimili-

tudinum, diſsimilitudinúmve cauſas retorquebant: nam ſecundum conſenſum mentis, atque fluxionis, nec non ſecundum radiorum inſinuationem, aiunt fieri ſimilitudines. Quò reſpiciens Alexander Aphrodiſæus homines ſtultos liberos ſapientiſsimos procreare dicit, quòd videlicet quoties concumbunt, totos ſe libidini dant, itáque animo penitus in corporis concreationem demerſo, aſtrictóque tantùm rei venereæ, ſemen vires optimas tum rationales, tum naturales adeptum effluere; crearíque proinde hominem prudentiorem. Homines contrà prudentes, & docti, ſicut ſemper aliquid honeſti, vel vtilis animo complectuntur, ſic ne in ipſo quidem venereo actu animo à rerum ſtudio deſiſtunt. Itaque animo remiſsiori profluens ſemen, expers longè facultatis illius animalis incumbit; quaſi facultas illa ſeminis conformans ab imaginatione vires ſumat. Hinc quoque ratio deduci poteſt, cur homines ſtulti & indocti, filios robuſtos vt plurimum procreent; prudentes & docti imbecilles. Alij parentibus diſsimiles filios naſci dixerunt fortuitò & caſu; vbi ſcilicet perfrigeratum ſit ſemen viri & mulieris.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XI.
De monſtris.

QVANQVAM *nono capite de monſtroſis partibus nonnihil diſſeruerim, ſeries tamen orationis poſtulare videtur, vt altius paulo rem repetamus, atque monſtroſorum partuum excutiamus cauſam, omiſſis variis illis luxuriantis naturæ figuris, quas ad oſtentationem magis, quàm eruditionem facere exiſtimamus. Plinius igitur naturalis hiſtoriæ libro, animalium atque hominum monſtriferas formas attribuit mobilitati igneæ, tanquam artifici ad formanda corpora, celandáſque effigies. Empedocles monſtri cauſſam eſſe exiſtimat defectum ſeminis in ipſa motus perturbatione, aut diuiſionem eius in plures partes, aut denique exhalationem aliquam. Strato verò adiectionem ſeminis, aut detractionem, inflammationémve cauſſam ponit. Medicorum nonnulli ideò prodigia talia fieri autumant, quòd matrix repleta flatibus peruertatur. Aſtrologi lumen cæleſte diuerſimodè temperare, & miſcere primas qualitates aëris aſſerunt, & pro vicinitate, ſeu diſtantia Solis, & Lunæ, item diuerſitate ortus, & occaſus ſiderum, varietates morum atque formarum inducere. Formam autem natiuitatis monſtrorum in tribus cōſiſtere rebus author*

Digitized by Google

eſt Ptolemæus: quarum prima eſt quòd luminaria cedant ab angulis, nulla familiaritate iuncta horoſcopo, hoc eſt, in duodecimo, vel ſexto loco: ſecunda, vt maleficæ ſint in angulis, & maximè in aſcendente, & medio cæli. Tertia vt dominus loci coniunctionis, vel oppoſitionis præcedentis natiuitatem, neque aſcendenti, neque loco Lunæ, neque domino geniture, aliqua familiaritate iungatur. Alchabitius gradus quoſdam eſſe dicit, in quibus ſi luna fuerit dum aliquis concipitur, partum monſtroſi aliquid præ ſe ferre dicit; & ſextum quidem recenſet in tauro, octauum, & nonum: In cancro ſeptimum, & nonum: In leone decimumnonum, vigeſimumſecundum, & vigeſimumoctauum: in ſagittario ſeptimum, octauum, vigeſimum, & trigeſimum: In capricorno tertium, ſextum, & vigeſimumſecundum: In aquario decimumoctauum, & decimumnonum; fatali quadam ſiderum ratione omnia fieri concludens. Quæ quidem quamuis naturaliter ita fieri poſſe concedamus, dicimus tamen hæc nunquam accidere, citra maximam ſummi numinis prouidentiam, atque adeò grauem eiuſdem offenſam: veriſimile enim eſt Deum nō citra iuſtam aliquam cauſſam in homine, quem ad imaginem ſuam creatum voluit, tantam metamorphoſin admiſſurum. Quare quoties enormia illa, & terroris

plena

Digitized by Google

plena monſtra naſcuntur, qualia Rauennæ anno ſalutis 1512. & Cracouiæ anno 1547. viſa ſunt, diri aliquid portendere ſolent, aut magnas & ſubitas in rebuspublicis mutationes. Cæterùm monſtra omnia rariſſimè enutriri contendit Ptolemæus, & quo magis ab idea humana receſſerint, eo difficiliùs viuere & nutriri: nam quæ in numero tantùm peccant, ab humana forma parum aut nihil diſcrepantia, in multos annos ſuperuiuere quotidiana docet experientia. vidimus enim manibus & brachiis in totum deſtitutos; vidimus bicorporeos, apodes, trimanos; vidimus hermaphroditos, quos ſeueri illi morum cenſores Romani ab initio vrbis conditæ, lege aruſpicum, mari immergebant, quos tamen poſteà creſcente luxu in deliciis habere cœperunt, quòd vtroque ſexu luxuria nefariorum ſimul potiri viderentur. Verùm hos Auicennas certis tantùm à purgatione lunari diebus concipi author eſt: ſiquidem à menſtrua vteri purgatione ad quintum vſque diem mares concipiendi opportuniſſimum tempus eſſe dicit, & à quinto vſque ad octauum femellas; ab octauo vſq. ad vndecimum hermaphroditos, ſeu androgynos, qui ex cōmiſtione vtriuſq. ſexus proſiliunt, muliebri ſimul ac virili inſigniti pudendo. Cæterùm quoniam monſtrorum hactenus facta eſt mentio, orationis ſeries, ac ratio ipſa expoſcere videntur,

Digitized by Google

videntur, vt de dæmonum cum humano genere cõgreſſibus, ſeu incubis, & ſuccubis vulgò dictis, nonnulla in medium proferamus. eò enim deuentum iam eſt, vt non ſolùm rude vulgus, ſed & rigidi quidã σοφοὶ, de incubis & ſuccubis cõceptam ſemel opinionem mordicus tueri audeant: & ne quid eorum authoritati decederet, non verentur ære minuto, Iudæorum in morem, qualiacunq. velis ſomnia vendere, atq. eadem vanis quibuſdam demonſtrationibus fulcire. Nam quid magis futile, quid magis abſurdum, quàm dicere eundem dæmonem viri ſcelerati prius ſuccubum, effici mulieri deinde incubum? ſemênque viro antea ademptum, mulieris genitalibus in ipſo actu inſtillari; ex quo congreſſu prolem concipi, ac edi poſteà contingat? vnde quæſo hæc petita ratio? num ab ipſis naturæ arcanis? Atqui qui de ipſis ſcripſerunt, vt antè dictum eſt, neceſſarium eſſe dicunt, vt ſtatim in ipſo actu venereo eiectum virile ſemen cum femineo commiſceatur, ac fermentetur: quod ni fiat, ac alterutrum excidat, iam non amplius prolificum eſſe, ſed à natura degeneraſſe, nec amplius ſemen eſſe, ſed recrementum quoddam corporis. Nec me mouet authoritas commentatoris, quiſquis tandem is fuerit, in Alberti Magni de ſecretis mulierum libellum, vbi dicit, quòd ſemen proiectum in terram temporis

interuallo

Digitized by Google

interuallo appoſitum matrici prolificū ſit; & quòd mulier citra viri cōgreſſum in balneo ſeſe lauans, vbi vir ſemen antea emiſiſſet, poſſet concipere: quod fieri contendit, propter robur facultatis attractricis vuluæ. quam etſi ei attribuamus, nō tamen poterit ſemen, quod iam, vti dixi, à propria natura nonnihil deceſſit, in proprium reducere ſtatum. Quod ſi ita eſt, neceſſe eſt ſuppoſititias has ex incubis proles (ſi modò aliquæ ſint) fieri ex natura aliqua mixta, hoc eſt, à ſubſtantia incorporea, & corporea: quod in rerum natura conſiſtere non poſſe ſedulò contendunt, qui rerum principiis inſiſtunt. nam quamuis pœnis adactæ in equuleo mulieres multæ dæmonum congreſſus faſſæ fuerint; nihil tamen eſſe præter meras milleartificis præſtigias demonſtrat doctiſsimè Ioannes Wierus. Et quanquam ita fieri poſſe concedamus, ac dæmonis diuinitatem quandam, neque ſynceram neq. puram, vt quibuſdam viſum fuit, ſed cum animæ natura & ſenſu corporeo coniunctam, voluptatiſque, & laboris capacem habere dicamus, ſicuti Georgius Pictorius innuere videtur; neceſſe tamen erit quod ex commiſtione illa naſcetur, ſpecie ab vtriſque diuerſum eſſe, ita vt nec abſolutè homo, nec dæmon ſit. Obſeruatum enim eſt, vt ait Plinius, è duobus diuerſis generibus nata, tertij generis fieri, & neutri parentum

Digitized by Google

tum eſſe ſimilia; eáque ipſa quæ ita nata ſunt non gignere in omni animalium genere: ideóque neque mulas ipſas parere; cuius rationem reddit Alexander Aphrodiſæus problematum ſectione prima, problemate 132. *miſtio enim, inquit, ſeminum, quæ tam habitu, quàm natura inter ſe diſcrepant, aliud quippiam præter vires ſuorum ſimplicium conficit, & naturam eorum penitus abolet, quemadmodum albi & nigri miſtio, abolitis extremis coloribus, alium parit colorē fuſcum nominatum, qui neuter extremorum eſt. Habitus igitur genitalis aboletur, & ſpecierum habilitas omnis deſtruitur, quæ creatrix certi indiuidui eſt. Quæ quum luce clariora ſint, ac cuiuis qui in rerum principiis aliquo modo verſatus eſt (modò ne Pythagoricorum more in verba alicuius iurare aſſueuerit) comperta, volens omitto; Lectorem relegans ad varium ac doctiſſimum Ioannis Wieri de dæmonum præſtigiis opus, & ad tertium Galeni de vſu partium; vbi plurima ad hunc locum pertinentia ſtudiò à nobis prætermiſſa inueniet.*

CAPVT XII.

De conceptionis impedimentis.

SICVT *menſtruæ purgationis retentio non ſolùm mulieribus pernicioſa eſt, ſed & ſi eadem*

fluat

Digitized by Google

ſluat quidem, verùm ita leuiter, vt vix percipere queas, ita eiuſdem redundantia periculo non vacat: & quemadmodum plus æquo fluentia menſtrua, diuerſorum morborũ cauſſa & origo ſunt; ita ad ſterilitatem non parum faciunt: ſiquidem non niſi male affecta matrice redundare deficeréve poſſunt. Quare quum ad conceptum, vteri locellorúmve temperies quædam, & ſana conſtitutio requiratur, menſes quoque moderatè ſe habere ratio poſtulat. Præterea, vt author eſt Hippocrates, quæcunque frigidos, & ſpiſſos vteros habent, non concipiunt: &, quæcunque præhumidos vteros habent non concipiunt, extinguitur enim in his genitura; & quæcunque magis ſiccos, & adurentes, nam ex defectu alimenti corrumpitur ſemen: quæcunque verò ex his mediocrem habent conſtitutionem, hæ demum fecundæ ſunt. In ſumma, omnia vuluæ vitia ſterilitatem pronunciant: cuius generis ſunt, pruritus, vlcera, apoſtemata, matricis diſlocatio, contorſio, compreſſio, hæmorrhoides, eiuſdem ſuffocatio, ſcirrhus, carcinoma, ruptura, inflatio, mola, procidentia, & omnis dolor pungens, continuus, ac vehemens. Et quemadmodum ſolius vteri vitio interdum accidit ſterilitas; ita non rarò totius corporis muliebris intemperies impregnationem impedit: nam præpinguis mulier, & macie ſtrigoſa, atque admodùm

Digitized by Google

dum exhauſta, & exucca, non eſt conceptioni idonea: totius nanque corporis conſtitutionem, magna ex parte vterus ſubſequi ſolet. Iterum quemadmodum mulieres in cauſſa eſſe dixi, quo minus fœcundæ ſint, ita frequenter vſu venire videmus, vt vir etiam in cauſa ſit: fit enim vt ſemen eius feruidum nimis ſit, & veluti torrefactum, vel frigidum, & tenue, & aquoſum, languidúmq. emittatur, quale decrepitorum magna ex parte eſt. Eſt etiam vbi craßius quàm decet emittatur: Illud nanque ſolum prolificum eſt, quod quàm maximè cohærens eſt, ac temperatum, quale excernunt hi qui quàm temperatißimos teſticulos habent. Iam & ipſe penis interdum in cauſſa eſt: nam quibus breuis eſt omnino infœcundi ſunt, quòd ſemen in vuluæ fundum eiaculari nequeant. eadem ratio eſt, ſi aqualiculus vſque adeò promineat, ac diſtendatur, vt prohibeat quo minus mentula ad os matricis perueniat. Huc etiam refert Ariſtoteles eos qui immodico longiſſimóque pene procreati ſunt; atque eos tantùm fœcundos dicit, quibus mentula omnibus ſuis numeris conſtet. Et ſicuti in mulieribus iam antè vitio vertimus obeſum, pinguéque corpus, ita idem in viris non probamus; graciléſq. cum Hippocrate ad prolificationem ineptos dicimus; ſpiritus enim propter corporis raritatem extrà fertur, vt ſemen

vt ſemen non tranſmittatur ad os, vel propter craßitiem humor non exit foras: gracilitatem autem quæ temperatè calida eſt & humida (eſt enim ea fertilißima) non incuſamus, ſed quæ calida ſit & ſicca, qualem Celſus bilioſam definiuit; in ea enim & torretur, & aſſatur ſemen. In ſumma, ad conceptum vtriuſque tam requiritur voluptas, quàm voluntas: mulierem enim plorantem non concipere dicit nono Cõtinentis Rhazes, & inuiti coitus teſte Aëtio ſteriles ac inanes ſunt: amor enim genituram conciliat, & propterea fęminæ amantes crebrò pariunt: fœcunditatis autem primariam prærogatiuam poßidet naturæ æqualitas, & temperamentum. Docet autem nos Hippocrates, ceu oraculo quodam coniicere, ſit ne vir, aut mulier ſterilitatis cauſſa: ſi mulier, inquit, non concipit, ſcire autem vis ſi conceptura ſit, pannis deſubter circumtectam ſuffias, & ſi odor per corpus videatur ire ad nares, & os, ſcito quòd ipſa non ex ſeipſa eſt ſterilis, indicat enim vterum rarum, & perſpiratu facilem: nam ita ſuffitorum qualitas ad cerebrum peruadet. Durum etenim ac denſum vteri corpus à conceptu alienum diximus, & in libro de ſterilibus metopum vnguentum lana exceptum obſtetricem vti peſſum vtero imponere iubet, atque ſi ſubditi odorem per os manè olfecerit, mulierem fœcundam

 fore,

Digitized by Google

fore, & concipere poſſe affirmat. Plinius libro ſeptimo, capite 15. ex oculis inunctis fœcunditatis examen facit: fœcunditatis enim, inquit, in feminis prærogatiuam accepimus, inunctis medicamine oculis ſaluiam infici. Idem quoque dicit Ariſtoteles libro De generatione animalium, cap. 5. Mulierum fœcunditatis probatio fit, vt odores ſubeuntes vterum, efferantur ad locum ſpirandi, & afficiant halitum; atque etiam illitio, vt colores oculis impoſiti ſaliuam oris inficiant, nam niſi hæc ita fiant, meatus corporis per quos excrementum decedit, concluſos, obſeptos, & obcæcatos eſſe ſignificat: Sedes enim oculorum maximè omnium capitis locorum ſeminalis eſt; quod patet quum ſola ipſa per coitum venereum manifeſtè mutetur, & immodico rei venereæ vſu oculi apertè langueant, ac ſubſideant. Cauſſa eſt quòd natura genituræ ſimilis cerebro eſt, aquoſa enim materia eius eſt, & calor aduentitius. Fœcunditas autem ſeminis in aqua probatur: nam fœcundum in imum deſcendit. Quòd ſi cognoſcere velis an mulier concipiet vel non, butyrum, & lac maſculum alentis bibendum dato: & ſi eructauerit, vel nauſeabunda fuerit, concipiet; ſi minùs, non. Item aniſum in aqua tenuiſſimè tritũ bibat, ac dormiat; & ſi pruritus ipſam circa vmbilicum corripuerit, concipiet; ſi minùs, non. Sunt qui

aliis

Digitized by Google

alijs coniecturis experiantur. Excipiunt enim vtriuſque lotium diuerſis vrnis, ac deinde ſcarabæum vtrique iniiciunt, eóſque ad decem plus minùs dies in dictis vrnis macerant, ac proinde ſi alterutrius cantaber graueoleat, & vermes ex ſeſe genuerit, ſterilitatis indubitatum ſignum arguunt; ſi neutrobique graueolentia, aut vermes appareant, nullam eſſe ſterilitatis ſuſpicionem affirmant. Alij alia comminiſcuntur, nobis hæc ſufficiunt. Nam quòd ex morbo ſteriles reddantur, argumentò ſunt iſchiadici, & quibus longo tempore extenuata ſunt corpora. Et quòd victus ratio ad ſterilitatem vel fœcunditatem non parum momenti habeat, clarius eſt quàm vt dici debeat. Nam & ipſe Plato lib. De legibus primo, ſcribit ſponſam, & ſponſum dare operam liberis debere abſtemios, vt prolem habeant compactiorem, & bonæ temperaturæ viciniorem. Conceptionis porrò oportuniſſimum tempus èſt, incipientibus, vel deſinentibus menſtruis; quamuis enim reliquo toto expurgationis tempore aperta ora venarum, quæ interiorem vuluæ partem penetrant ſunt; non tamen mulier tunc genituram ad ſe recipere poterit, quòd ſemen videlicet in vulua remanere nequeat, ſed ab influentis ſanguinis copia eluatur; at ceſſantibus, vel incipientibus menſibus, & ora ſunt aperta, & menſtruum

nec multum, nec vniuerſum, ſed paucum, & pau-latim emanat, quaſi madore quodam ſanguineo reſudante, eóque ſemen ob vuluæ aſperitatem adhæret, ſatíſque alimenti ex ſanguinis confluentis paucitate habet. Nam antequam menſes veniant, mulier haud facilè conceperit, quia & alimento caret ſemen, & adhærentiam nullam inuenit: ſiquidem quum eo tempore conniuentibus vaſis leuis relinquatur vulua, defluit, neque vniri cum tunica eius poteſt: aſperum ſiquidem idoneum magis eſt ad coaleſcendum, quàm læue.

CAPVT XIII.

De ſterilitatis remediis, & quæ venerem ſtimulent.

OLIM *pro maximo Dei beneficio priſci illi tam Iudæi quàm Ethnici, meritò vxorum fœcunditatem habuerunt; vnde hi quidem omnes illecebras ad concitandam venerem (nam inuiti coitus inanes ferè ac ſteriles ſunt) omnia præterea, quæ & genitale ſemen augent, & prolificationem promouent, inquiſiuerunt: adeò vt in hymenæis ipſis, ſeu nuptiis, quanquam maximè optatos, atque expetitos ſcirent concubitus, plebiſcito ſancitum ſit agere choreas, vt continua illa, iugíque pedum, tibiarum, ac totius corporis agitatione*

Digitized by Google

agitatione, leuis quædam voluptas oboriretur, & loci muliebres humectarentur, ac proinde virile ſemen promptius ſuſciperent: nam quum oportuniſsimum tempus concipiendi incipientibus, deſinentibúſve menſibus ſcirent, quòd tum loci ceu rore quodam imbuti virile ſemen vt agnatum facilius ſuſciperent, naturam imitati, leni illa titillatione quoad fieri potuit maximè eoſdem humectare ſtuduerunt: cuius quidem rei vſum, tum experientia, tum obſtetrices docuerunt. Hoc quoque fuit Vitruuij conſilium, vt pulchrè annotauit Cardanus, in ædibus, & earum partibus, ab auribus ad oculos traducere rationem. In venereis igitur quum pulchritudinem, nobilitatem & varietatem quæramus, ea tantum quæ pulchra ac rara eſſent, ac varietate quadam recrearent, ædibus inſculpta voluit, vt picturæ artificio illecti, viuæ alicuius formam animo concipiamus: nam concepta, inquit, in imaginante virtute pulchra forma, nolentes etiam rapimur ad amorem: atque ob id ſtudioſi vehementius amant, ob imaginantis facultatis robur: coguntur enim amare, præſente pulchritudinis imagine, non ſecus ac qui vruntur dolore, neque enim vis imaginandi ex toto voluntati paret, nec ſi pulchrum imagineris, liberum eſt, non amare. Cæterùm ad ſterilitatem arcendam, com-

muniter & viro & mulieri congruit integram ſeruare ſanitatem: Eſt tamen quædam priuata diſſociatio corporum inter ſe ſterilis; at vbi cum alius iunxeris gignunt, de quibus ſermonem facere noſtri non eſt inſtituti; quando quos Deus coniunxit, homini ſeparare Diuina lege cautum ſit. Quòd ſi igitur ob intemperiem calidiorem contingat ſterilitas, ſanguinis miſsione ex iecoraria dicta vena, aut ea quæ ſub talo eſt, aut alui deiectione curanda eſt, humoribus antè præparatis, vtriuſque intybi, callitrichi, adianthi, cirſij, & id genus aliorum decocto: Catharctica autem ſint, aut caſia dicta nigra Actuario, diaſenne, diacatholicon, aut ſi quod aliud congruentius ſit, prout res exigere videbitur: interim peſsi nonnunquam indi poſſunt ex gummi arabico, thure maſculo, mandragora, & modico caphuræ. Contrà ſi temperies frigida eſt & humida, exercitiis, frictionibúſque opus eſt; ad hæc victus ratio calida & exiccans obſeruanda erit: Quinetiam ſtiptica & auſtera ad huiuſmodi affectus ſummopere commendantur, cuius generis ſunt lentiſci, myrti, roſarum, rhois obſoniorum, balauſtiorum tum potiones, tum fomentationes, aut ſuffitus; qui ℞ ladani, maſtiches, galliæ moſcatæ, caryophyllorum, macis, calami, galangæ ana ʒ iij. ciperi roſarum an̄. ʒ ß. hypociſtidos, caſtorei an̄. ʒ ij.

Digitized by Google

ex cremore tragacanthæ formantur paſtilli, quibus vtendum ante coitum poſt menſtruam purgationem. Quòd ſi locelli aridiores ſint, contrariam prorſus curandi rationem efflagitant, ſi flatibus iidem diſtenduntur, abſtinentia omnium optimè contulerit, ac cuminum, anethum, apij, rutæ, ac aniſi ſemina commodiſsimè exhibentur, tum in cibis, tum potionibus, tum genitalibus indita. Contractos autẽ locos aperiunt bene olentia (ſuffitus enim aromatum ciet muliebria) præſertim malacticis additis; qualis eſt muccago ſeminis pſilij, aut lini, aut maluæ, aut althææ. Si verò humorum craſsities ſit, humorem cõſiderare oportet, mordentémque lactis ſero expurgare, ac cibos boni ſucci offerre, vomitúmque per interualla mouere. Verùm quoniam inuitos coitus inanes prorſus, ac ſteriles eſſe dictum eſt; (maxima ſiquidem, ac promptiſsima cauſa eſt, imaginatio rei quam amamus, vt ea potiamur) hic danda opera eſt, vt ad prolis vberiorem propagationem, venerem quo ad fieri poteſt ſtimulemus, ac iocunditatem quandam cum voluptate conciliemus; præterea vt prolificum ſemen generantia adminiſtremus: ita enim fiet, vt dulci quadam prurigine illecti, alioqui abhorrentes progignendis liberis operam noſtram impendamus: nec hîc me mouent ſeueræ ac rigidæ nimis quorundam cenſuræ, qui

Digitized by Google

me decori limites ac verecundiæ tranſilire ſepta aiunt, & obſcœnitatis ac petulantiæ arguunt, dum voluptatem omnem ceu pecuinam aduerſandam cenſent, quum etiamſi quàm maximè ad voluptates propenſi ſimus, modò ne ex pecudum genere ſimus, occultemus tamen & diſſimulemus appetitum voluptatis propter verecundiam; nam & victum, cultúmque corporis, ſicuti pulcherrimè diſputat Tullius, ad valitudinem ac vires referri, non ad voluptates, & quæ natura occultauit, eadem omnes qui ſana mente ſunt remouere ab oculis, ipſóſque neceſſitati dare operam, vt quàm occultiſſimè pareant, quarúmque partium corporis vſus neceſſarij ſunt, eas neque partes, neque earum vſus ſuis nominibus appellari, quódque facere turpe non eſt, modò occultè, id dicere obſcœnum eſſe. Itaque apertam illarum rerum actionem, nec orationis obſcœnitatem petulantia vacare: quod etſi ſic eſſe non inficiemur, non tamen ideò præcludenda nobis via erit, qua humanum genus, vel nolentibus nonnunquam parentibus propagetur: quando Dij conformatores noſtri, vt ait Galenus, voluerint vehementem veneris concupiſcentiam nobis innaſci, ac vehementē quandam delectationem copulari, præparatis ad hoc materia & organis idoneis. Nam neque voluptatem propter ſe, verùm ratione finis (quem nec

maximè

maximè quidem durus & ab omni humanitate alienus fugiendum iudicet) commendatam habemus. Quod quum ita ſit, rogo vt deinceps canino dente nos inceſſere ceſſent, ac potius virulentiam ſuam in eos exerant, qui abortum facere docent, aut ſterilitatem prouocare, quæ ſicut à naturæ lege aliena prorſus ſunt, ita omni iure execranda. Ex edulijs igitur ea quæ multum nutriunt, & inflant, & medicamenta flatuoſa omnia, ac calida venerem tum augent, tum ſemen prouocant: In venere ſiquidem duo ſunt neceſſaria flatus, & ſemen. Et ad anni quidem tempora, quanquam viros hyeme auidiores veneris, feminas æſtate prodiderit Heſiodus, vernum tamen tempus peculiari prærogatiua inſignitum eſt, quòd propter motum humorum, ac ſanguinis exuberantiam, non tantùm homines, ſed & reliqua animantia ad venerẽ procliuiora ſunt: quod Oppianus libro primo De venatione de canibus loquens oſtendit, cuius verſus Latinè redditos, quòd ad propoſitum faciant adſcribere libuit:

Si miſcere canes cupias prolemq́ue creari,
Vere breui gratum veneris permitte cubile:
Vere canes, angues, volucres, piſceſq́ue, feraſq́ue
Torquet amor, flammis multò vehementius vrens:
Vere homines ipſi grauius torquentur amore,
Vere furor veneris ſerpit popularis in omnes.

 Quod

Digitized by Google

Quod & voluiſſe videtur Ariſtoteles libro De natura animalium, quum dicit, plurimorum animantium naturam rem veneream per id tempus maximè appetere, quum hyemis ceſſante ſæuitia, æſtatis clementia oritur. Cibi autem venerem prouocantes ſunt bulbi, cicer, columbinum præſertim, quod & venereum ob id vocant, pineæ, piſtacia, fabæ, ac ficus, amygdalæ ſaccharo conditæ, auellanæq́; cum melle comeſtæ. Dioſcorides ſemen lini venerem ſtimulare author eſt, ſi cum farina, pipere & melle exceptum largius ſumatur: eandem concitat eruca cruda, comeſta; hæc enim vnica, vt docet Plinius, viris auiditatem coitus ſtimulat, quod oſtenſum voluit hoc verſiculo Columella:

Excitet vt veneri tardos eruca maritos.

Et Martialis:

——— Et vênerem reuocans eruca morantem.

Semen quoque eiuſdem ſimili facultate præditum eſt; ſpongiæ quoque ſuppoſitæ venerem excitare creduntur, vt ait Athenæus, quod facilè creditu eſt, poſtquam & durior decubitus idem præſtet, licet non adeò vehementer. Mercurialis autem herba à Mercurio inuentore ſic dicta, mas (eſt enim vtriuſque ſexus herba) authore Dioſcoride, ſi à purgatione bibatur, & trita folia genitalibus admoueantur, efficit vt mares gignantur; femina

verò

Digitized by Google

verò vt alterius ſexus proles producantur. Plinius altero à purgatione die exhibendam docet per triduum, & quarto die à balneo mulieres coire iubet: Sic quoque cynoſorchis radices Dioſcorides edi tradit, ex quibus ſi maiorem viri edant, mares generari dicũtur; ſi minorem mulieres, infans feminini ſexus orietur. Herba autem Satyrion (quam à ſatyris Diis ſyluestribus ad venerem propenſis nomen accepiſſe crediderim, vel quòd ad venerem incitandam ipſam inuenerint, ſiue quòd quemadmodum ſunt natura ad ipſam venerem potentiores, ſic herba hæc ad eadem duret, & concitatiores firmioréſque reddat) quoties coëundi inceſſerit cupiditas, rectè administrari credebatur antiquitus: venerem etenim, vt produnt, ſi omnino manu teneatur radix, ſtimulat, eóque magis ſi bibatur. Idem faciunt ſcinci carnes quæ renes amplectuntur, ſi drachmæ pondere bibantur: nec hoc mirum eſt, quando Theophraſtus libro nono herbam eſſe dicit qua commanducata ſeptuagies in die coitum implere poſſimus: hoc ſanè verum ſit nec ne, nolim affirmare. Sunt qui lupi virgam in fumo ſiccatam & maſticatam, venerem excitare, & coëundi vim facere dicant. Mentham autem ſua frigiditate ſemen corrumpere arbitrabatur Ariſtoteles: at Dioſcorides, Galenus, Aëtius, Paulus omnes vno ore ter-

tij quaſi

Digitized by Google

tij quaſi ordinis excalefacientium eſſe dicunt, humiditatíſq. ſuperfluæ participẽ ex hortenſi cultu, unde & venerem moderatè ſtimulet, de qua plura in noſtris miſcellaneis. Quanquam hoc ſilentio prætereundum non ſit, quòd Oribaſius libro nono ſynopſeos ſuæ ad Euſtathium filium, Rutam, & mentham maximè omnium vitandas eſſe iis quæ fœcundæ eſſe deſiderant, dicat; nam is locus de mentha ſylueſtri & ſicca intelligendus eſt; ſiquidem, vt idem ſecũdo libro ait, Quæ initio ſiccant, ea ne ſemen quidem gigni permittunt, licet ſuapte natura calida ſint, qualis eſt ruta; ſi verò non calefaciunt, multò magis cohibebunt, vt facit nymphæa. Horminum ſi cum melle bibatur, ad concúbitum ſtimulat. Exhibentur etiam antidota in hunc vſum compoſita, vt eſt diaſcincou Actuarij, quod ad Mithridatem Eupatorẽ refert, quod conceptum adiuuare, menſes prouocare, emortuos partus excutere, hærentéſque ſecundas reſoluere teſtatur. Diaſatyrion etiam eiuſdem, quod venerem mirum in modum ſtimulare, cámque certa de cauſa ceſſantẽ haud ſegniter reſtituere author eſt, & alia id genus multa, quæ paſſim in pharmacopoliis ad eum vſum reperiuntur. Cæterùm inter localia remedia delectationem, & voluptatem quandam augent, mel cum pauxillo piperis pudendo illitum; idem præſtat moſchus,

aut

aut ſibethum peni illitum, aut hoc quod ſequitur, ℞ olei ſeſamini, liliacei, ſingulorum ℥ j. formicarum alatarum ℈ iiij. decoquantur lento igne vnica ebullitione: deinde adde coſti dulcis, ſeminis rutæ, ſingulorum ℈ ij. euphorbij ℈ ß. pyrethri, ſeminis ſinapis ana ℈ j. fellis vrſini ℥ ß. decoquantur iterum, puluer atis primùm puluerandis, & ex colatura inungatur virga, teſtes, & inguina. Idem efficiunt fel apri, & verris per ſe, & ſaliua humana, præmanſis antè cubebis. Ad conceptum autem promouendum magnus vſus eſt leporis mulieribus, ſiquidem non modò vulua ipſius adfert fœcunditatem, ſed & conceptus leporis, & teſticuli, & coagulum, vt docet Plinius libro 28. cap. 10. Si enim vuluæ leporum, inquit, in cibis ſumantur, mares concipi putant; hoc & teſticulis eorum, & coagulo perfici: conceptum autem leporis vtero exemptum iis quæ parere deſierunt, reſtibilem fœcunditatem afferre. Idem nonnulli adſcribunt oſsiculo quem ſaltum leporis vulgus vocat, Plinius talum. Quinetiam genitalia viri ante congreſſum coagulo leporino confricata, vel eiuſdem fimo, cum ſeuo bubulo, cōceptum adiuuare creduntur. Conſtantinus Aphricanus iubet puluerem leporinæ vuluæ tam viris, quàm mulieribus exhiberi: nam ſi ſola mulier eum biberit, inquit, hermaphroditos conciperet. Nonnulli vuluæ

porcella-

Digitized by Google

porcellarum non minorem vim adſcribunt, Trotula hepar, & teſticulos parui porci, quem ſolum ſcropha edidit ſiccat, & ſterili in potu dat redacta in pulnerem. Sunt rurſus qui ad hanc rem pudendum ceruinum in potu pro amuleto exhibeant; alij etiam deciduum infantis vmbilicum. Rhazius, lac, inquit, equinum à muliere potum, cuius ſit lac ignorante, ſi à potu ſtatim coëat, concipere faciet. Idem, ſi edas duos hœdi teſtes aſſatos, inquit, & coëas eo die, maſculum generabis; ſi verò vnum tantùm comedas, puer naſcetur cum teſte vno: Serenus Sammonicus, ouis ruminantis ſpumam exhibet cum vino, quum dicit:

Aut ouis in ſtabulis fractas quum ruminat herbas,
Pendentem ſpumam molli deducit ab ore;
Atque illam meminit mixto potare phalerno.

Plinius abrotanum contra ſterilitatem oportuniſſimè ſubdi author eſt. Ad mares autem generandos vir dextero pede faſcia vincto cum muliere coëat; ſi verò femellam cupiat, ſiniſtrum pedem colorata faſcia liget: eſt nanque magnus conſenſus pedum cum teſticulis, vt vult Ariſtoteles, vnde apodes quoque magna ex parte teſtibus deſtitutos dicit: Gallinaceorum etiam teſtes, vt ait Plinius libro 30. cap. 13. ſubinde à conceptu ſi edat mulier, mares in vtero fieri dicuntur. Poſ-

ſunt

Digitized by Google

ſunt etiam peſſi ad concipiendum ſubdi, quales ſunt qui recipiunt coaguli leporis, ac eiuſdem fimi partes duas, aluminis ſciſſilis partem vnam, melle excepta in formam peſſi rediguntur. Poteſt & alius ad hunc modum confici, qui ℞ ſtyracis calamitidos, nucum myriſticæ & cupreſſi, lachrymæ lentiſci, thuris maſculi, ſingulorum ʒ j. ſuccini odorati ℈ j. opobalſami ʒ ß. ex mero tunſa in peſſum rediguntur. Ægineta libro ſeptimo inter peſſos, vnum ad cōcipiendum deſcribit, quem γονίω appellat, qui ℞ butyri ℥ vj. æſypi, medullæ ceruinæ, adipis anſeris, gallinæ, reſinæ terebinthinæ, aloës ſingulorum ℥ iij. ceræ tyrrhenaicæ ℥ vj. roſacei ℔ ij. myrrhæ, caſſiæ ſingulorum ℥ ij. ſpicæ nardi ℥ j. mellis quod ſatis eſt. Sunt qui vbi ſigna fœcunditatis mulieribus ſunt, nec tamen concipit, ſtatim à coitu peſſum hunc inditum velint, qui ℞ ceruſæ, thuris, & picis pares portiones; ex picis ſiquidem odore ad ſuperna vterus contrahitur: ceruſa & thus eundem confirmant; ita vt hoc medicamento antiquis nullum vſitatius fuerit. Amuleta autem ad arcendam ſterilitatem cenſentur, lapis in cerui vulua, ventriculo, aut corde inuentus, ſi Conſtantino credimus. Oſſa cordis cerui ſiniſtro brachio alligata cōceptionem iuuant arcana vi, vt alij ſuſpicantur. Cogunt, inquit Plinius, inuitas concipere, ſetæ ex cauda mulæ,

ſi iunctis

ſi iunctis inter ſe colligentur in coitu. Sunt nonnulli quibus puluis hic conceptionem promouere putatur, qui ℞ ſcobis eboris, ſeminis ſeſelios, matricis leporis, coaguli leporis ana ℥ ij. puluerantur, & ex iure cicerum horis duabus ante paſtum manè ℥ j. exhibetur. Alij ſuadent vt mulier lanam lacte aſinæ imbutam vmbilico ſuperducat, ac deinde cum viro congrediatur. Arnaldus de Villa noua inter omnia hoc maximè commendatum habet, quod ℞ vtriuſque teſticuli vulpis, ſcilicet teſticulorum animalis, & radicis herbæ, teſticuli dextri verris exiccatorum in vmbra, raſuræ eboris, ſeſelios, matricis leporis exiccatæ, & eius coaguli, ana ℥ ij. ſacchari dimidium pondus totius, puluerantur; & ieiunæ propinat.

CAPVT XIV.

De abortus cauſis.

ABORTIO, ſeu abortus eſt conceptus corruptio, quæ intra quadrageſimum diem incidit; nam quæ intra ſeptimum diem fit, effluxio propriè vocatur. Abortiunt autem mulieres variis de cauſis: nam aut ipſius embryonis imbecillitas, aut matris alioqui corpus variis laboribus confractum, aut morbis vires collapſæ, abortum facilè conciliabunt: quod Hippocrates demonſtratum

Digitized by Google

ſtratum voluit, quum dicit: Quæcunque præter naturam tenues exiſtentes vtero gerunt, abortiunt priuſquam craſſeſcant, fœtus enim ſufficiente indigens alimento corrumpitur. His addere licet anni ipſius conſtitutionem; ſiquidem quemadmodum idem ſenex dicit: Si hyems auſtralis, & pluuioſa & ſerena fuerit, ver autem ſiccum, & aquilonium, mulieres quibus partus ad ver ineſt, ex quacunque cauſa abortiunt; quæ verò parient, imbecilles, & morbidos infantes pariunt, quare vel ſtatim intereunt, vel tenues, & valetudinarij viuunt: nam corpora, inquit Galenus, humida, mollia, & rarefacta hyeme ſerena ad intimas ſui partes aëris ambientis frigiditatem facilè admittunt, ita quod quicunque infantes longo tempore calori ſunt aſſueti, percuſſi vehementer à frigore non abſque cauſſa, hi quidem iam mortui in vtero ſunt, hi verò in ipſo partu moriantur, vel exiles, atque inſalubres creati vix in vita perdurant. Hæc Galenus. Alij alias aßignant cauſas: nam quum vehementius ſaltarint, aut ſubitò horrendi quid conſpicatæ fuerint mulieres, abortiunt. Eſt quum ex dolore, vel inſigni cruditate, vel medicato aliquo cibo, vel puri medicamenti potione, vel quod inſit aliquid abortiui, iam propter ſanguinis miſſionem, eòque magis ſi fœtus maior ſit: ſanguinis etiam ex vul-

 nere

nere profluuium eôdem referri poteſt: Sunt etiam quæ ex nimiis hæmorrhoidibus, immodicóque alui profluuio abortierunt: ſunt præterea aliæ, quæ vuluæ ceruice profuſo ſanguine iam diu prægnantes partum tandem eiecerunt: Neque deſunt quæ febribus correptæ abortierunt, vt author eſt Hippocrates. Nam quæcunque, inquit, vtero gerentes à febribus corripiuntur & fortiter caleſiunt, ſine cauſa manifeſta, difficulter pariunt, aut cum periculo, aut abortum facientes periclitantur. Huc adde vaſorum ora ad vterum venientium, ex quibus ſecundæ pendẽt (acetabula vocari diximus) mucore plena: huiuſmodi enim ſecundo, aut tertio menſe, quemadmodum docet idem ſenex, facilè abortiunt. Plinius, plerumque abortus cauſa eſt, inquit, odor à lucernarum extinctu. idem docet, ſi mulier prægnans viperam tranſcenderit, abortum faciet. Ouum quoque corui grauidis cauendum conſtat, quoniam tranſgreſſis abortum aſperum facit. Signa porrò futuri abortus ſunt manifeſta: ſi etenim vtero geſtantibus lac multum è mamillis effluat, fætum imbecillum ſignificat, & abortus periculum, faſtidit enim fœtus alimoniam oblatam: mammæ etiam ſi gracileſcant, periculo non vacat; hoc enim etſi embryonem validum ac robuſtum denotet, nutrimentum tamen copioſum ei deeſſe ſignificat, attrahẽtibus quidem primum

Digitized by Google

primùm communibus venis è mamillis ad matricem ſanguinem, quo fit vt tandem deficiente omnifariam alimento, ſubſequatur abortus. ſunt enim mammis ac vtero communes quædam venæ: namquum in grauidis menſtruus ſanguis deſinit fluere, vt author eſt Galenus, quanquam aliter ſentiat Realdus Columbus, in tres partes distribuitur: vnam puriorem attrahit fœtus qua nutritur; alteram minùs impuram regurgitat matrix per venas quæ ad mamillas tendunt, à qua lac fit, quo infans editus alitur; tertia pars, quæ cæteris impurior eſt, ſubſidit in matrice, & edito infante expellitur. Ideóque Hippocrates lac menſtruis cognatum ſcitè appellat, oritur enim ex ſanguine ſuperfluo, & minùs impuro. Sanguine igitur deficiente, aut alioqui modico, gracileſcunt hubera; Inedia ergo nonnunquam perimitur fœtus, nonnunquam verò ad excretionem excitatur: Siquidem infans corporis mediocrem conſtitutionem conſecutus, ac plus alimenti requirens, quàm exhauſtæ matris tenellum corpus ſuppeditare queat, calcitrat, ac membranas diſrumpit, atq; initium parturiginis miſellæ affert: Hinc quoque fit vt mulieri vterum gerenti, ſi altera mamilla gracilis fiat geminos habenti, alterum abortiat, & ſi quidem mamma dextera gracilis fiat, marem; ſi verò ſiniſtra, feminam. Præcedit autem futurum ab-

Galenus 14. lib. De vſibus part. cap. 9.

Si[...] ſe[...]

F 2 orſum,

Digitized by Google

orſum, aquoſa primùm euacuatio; deinde ſanioſa, & cruenta, & velut carnium lotura: vbi verò planè exolutio venerit, purus ſanguis, deinde grumi, ac demum fœtus ipſe, aut formatus, aut efformis egreditur: pleriſque etiam lumborum dolor, ac coxarum grauitas adeſt, & ſuperioris ventris, capitiſque atque oculorum dolor, ſtomachi morſus, extremarum partium frigiditas, animi deliquium, horror febrilis quædam etiam conuulſiones retrorſum, ὀπισθοτόνους vocant, idque iis potiſsimùm quæ ex medicamentorum violentia abortum procurarunt. At ſi fœtum in vtero Mortui fœtus notæ. *mortuum eſſe contingat, id dignoſcetur, ſi grauis quædam reuolutio de latere in latus ſentiatur: præterea ſi virulenta quædam, & fœtida expurgentur, præſertim ſi morbus acutus ſua acrimonia infeſtans præceſſerit. Infans enim alimentum tanquam alienum ob adſcitiam à calore febrili qualitatem recuſans inedia conſumitur. Demerguntur autem ſub id temporis oculi prægnantis in profundum, eorúmque album offuſcatur: rigent interdum aures, extremáque naſi, cum rubore oculorum: quod ſi contingat medicum adeſſe, præſente animo eſſe oportet, atque abortum promouere, ne vnà cum mortuo illo pondere expiret mater: exhibẽda igitur erunt, tum applicanda ea, quæ ad fœtum mortuum educendum conuenire dicemus.*

CAPVT

CAPVT XV.

De abortus præcautione.

ABORTVS *alios vitio fœtus, aut prægnantis ipſius accidere diximus. qui fœtus ratione contingunt, vix præpediri poſſunt; nam in vegeta etiam, ac bene valente matre imbecillus fœtus raro ad maturitatem peruenit. Prægnantis autem vitio ſi in metu ſit, id varijs modis corrigi poteſt, victus ratione videlicet congrua, exercitatione pro tempore moderata, fuga eorum quæ abortum faciunt, & ſi morbi ingruant, tempeſtiua eorundem, interim per ſanguinis miſſionem, interim per medicamenta conuenientia curatione, ſi loci humidiores ſint, ac acetabula laxiora, eorundem in contraria mutatione, quod modo per pharmaca intro exhibita, interim etiam per localia dicta remedia præſtari poteſt. Ad eum igitur vſum Bartholomæus Montagnana catapotia quædam conſcripſit, quorum ſi duo aut tria, a prægnante diluculo ſumantur, ab abortu ſecuras omnino reddere teſtatur. Recipiunt autem, thuris gummoſi ℥ j. charabæ, ſcoriæ ferri, bene præparatæ, & in aceto diligenter extinctæ, acaciæ ſingulorum ℈ ſs. pulueruntur ſingula per ſe, deinde incorporantur cum miua cotoneorum, ac fiunt*

 pilulæ:

Digitized by Google

pilulæ: Occulta quadam vi partum conſeruare creduntur, lapis lazuli, item adamas geſtatus à prægnante, nec non aëtites ſiniſtro brachio alligatus, vel appenſus, ac ſardonius lapis ventri deligatus. Idem quoque præſtat lapis in piraſtro natus, penſilis ſi geſtetur, vel maluæ agreſtis radix appenſa: Sideritis appenſione etiam fœtus cuſtodiuntur Galeno; prætereà iaſpis ſubuiridis collo ſuſpenſus efficaciſſimè fœtus detinet Sexto Platonico, & Aetio. Plinius hiſtricis cõbuſti cinerem potum conceptum continere author eſt: alij dorcadis pelle collo ſuſpenſa cõtineri partus promittunt. Smaragdus etiam collo appenſus, ita vt ventrem tangat, ad iuſtum tempus fœtum retinere creditur: Idem facit cancer fluuiatilis comeſtus, aut in puluerem redactus. Ante cibum autem proderit ſumere rotulas diacoralliorum, aut diamargariton, magíſque profuerint margaritarum aut corallij extractiones. Inter localia verò dicta remedia, dictus Montagnana ſummè commendata habet linimentum quoddam, epithema, ac ceratum: quæ ne quid ſtudioſi deſiderent, aſſcripta voluimus. Recipiunt pulueris glandium exiccatorum ℥ß. pulueris corticis medij caſtanearum ʒ vj. hypociſtidos, thuris, maſtiches, acaciæ, ammoniaci ſiccioris ana ʒ j. ſuccini, hæmatites, coralli rubei ſingulorum ʒ iij. vinaceorum ʒ v. ſcoriæ ferri præ-

paratæ

Digitized by Google

paratæ ℥ ſ. farinæ volatilis molendini, farinæ fabarum ana ℥ j. ſ. ſucci plantaginis ℥ viij. terantur farinæ cum ſucco diu in mortario; deinde adduntur pulueres, ac incorporantur ex vſu artis, fitq́; linimentum; addita ſufficiente portione olei myrtei, aut maſtichini, ceræq́; momento, quo inungi vult totam ſpinam, incipiendo à coſtis mendoſis, manè & veſperi. Item accipit aquæ ſublimationis virgæ paſtoris, aquæ centumnodij ana ℔. ſ. aquæ gallarum, nucum cupreſſi, aut aquæ decoctionis eorundem ana ℔. ij. acaciæ, ſpodij, roſarum, ana ʒ j. thuris, ſandaracæ, colophoniæ ana ʒ j. ſ. vini cotoneorum ℔. j. ſ. terantur terenda in tenuiſſimum pollinem, commixtíſque omnibus fiat epithema, quo epithematur dorſum. Emplaſtrum autem quod ponit, recipit gallarum nucis, cupreſſi, ſpodij, ſandaracæ ana ʒ j. reſinæ electæ ℥ iiij. coquatur cum aceto nigro reſina, in quo per noctem infuſa fuerit, vſque ad aceti conſumptionem; deinde incorporentur cum eodem ſpecies, & fiant duo cerata magnitudinis ſeſquipalmæ. Aliud eiuſdem recipit commeos, tragacanthæ, arabici torrefactorum, bdellij mollis & ſubalbidi an̄. ℥ ſ. acaciæ, thuris, hypociſtidos, ſandaracæ ana ʒ j. boli armeni, ſuccini, ſanguinis draconis ana ʒ ij. ceræ ℥ ſ. glutinis diſſoluti in aceto nigro ℥ ij. fiat ceratum longitudinis & latitudinis palmæ, appli-

 candum

Digitized by Google

candum ſpinæ circa infimam vertebram. Ponit & unguentum quod recipit, olei roſarum, cotoneorum, de mentha ſingulorum ʒ j. ß. ſymphyti, lapidis hematites, coralli rubei, ſandaracæ, oſſium dactylorum combuſtorum ana ʒ j. ſcoriæ ferri præparatæ, ut ars eſt, ʒ ij. corticis interioris caſtanearum ʒ iiij. reſinæ electæ ʒ j. ß. ceræ quantum ſufficit, ſit unguentum quo inunguntur renes, pubes, venter, & vicina loca. Hæc quamuis ſufficere poſſint, lubuit tamen & aliud ceratum Montagnanæ hoc non inferius apponere, ut ſtudioſi habeant unum aliquod ex variis quod eligere poſſint: Recipit autem maſtiches ℥ iiij. ladani ʒ ij. ceræ ℥ j. Zopiſſæ ſeu picis naualis ℥ ß. terebinthinæ ʒ ij. ß. radicis biſtortæ ʒ iij. nucis moſcatæ ʒ j. gallarum ʒ ß. coralli rubei ʒ ß. ligni aloës ʒ j. ſantali citrini, caſiæ ligneæ ana ʒ ß. cubebarum ℈ j. ambræ ʒ ß. moſchi, ſi modo odorem ferant, ℈ ß. puluerantur ſubtiliter, & ſimul incorporantur, cum oleo maſtichino; deinde duo fiunt emplaſtra, quorum alterum ventri, alterum dorſo applicatur. Ioannes Andernacus in ſuo De noua & veteri medicina libro, his non inferius emplaſtrum deſcribit, quod fœtum retineat, & ſanguinis ex utero fluorem compeſcat. Recipit autem, olei cydoniorum, myrtini ablutorum ex aqua plantaginis, & roſarum cum decocto radicis biſtor-

cis biſtor-

cis biſtortæ, gallarum, balauſtiorum, coralli rubei, maſtiches, ſingulorum ʒ iij. ceruſæ ℥ j. terebinthinæ lotæ ex ſucco burſæ paſtoris ℥ iiij. ex mixtis formetur emplaſtrum, ſic vt ceruſa in oleis coquatur, deinde addatur terebinthina, aliaq́ tandem ex ſucco polygoni vel cotonei vel aceto ſubigantur. Trotula ſimplicius vnguentum deſcribit, quo bis vel ter dorſum & anteriora mulieris inungi vult, quod recipit, olei & ceræ, maſtiches, & thuris puluer atorum ſingulorum quod ſatis eſt, commiſcentur ac in vnguenti formam rediguntur. Poſſemus alia multa ad hanc rem facientia congerere, ac paginas aliquot varietate præſcriptorum replere, verùm hæc nobis ſufficere videntur, quando facillimum ſit ex vberrima hac ſimplicium, quæ iam enumerauimus, congerie varia pro vſus exigentia conſcribere remedia.

CAPVT XVI.

De partus temporibus.

DIXIMVS *quòd quemadmodum in iis quæ ſecundum artem conſtituuntur, non omnes ſimul perficiuntur particulæ eius quod conſtituitur; ſed in domo quidem fundamento, in naui carina initiantur velut elemēta ipſorum quæ fiunt: ita in animalis particulis, non in vno tempore*

Digitized by Google


prouenient vniuerſa ad generationem: nam ſi intentio vniuſcuiuſque particulæ erat vtilitas eius, vnamquamque formam conueniebat, quando vtilitas requirebat; ſiquidem poſt parturitiones, & dentes, & pili naſcuntur: etenim & hæ particulæ exiſtentiam ſimul totius, & vtilitatem ſimul præbentia tardè generantur; nam & olim mali ominis fuiſſe legimus ſi qui dentati naſcerentur. Cæterùm poſtquam natura embryonem iam plenè in vtero efformauit, in globum atque orbem excipitur, ſphæricúſque eſt omnis ſitus infantis in vtero; ſphæricus, inquam, in oblongum vergens, dextero brachio nonnihil inflexo, manu extrema vna cum digitis extenſis, qui quidem digiti ſub aure dextra, vt pulcherrimè demonſtrat Columbus, ſupérque ceruice poſiti ſunt; ſiniſtrum verò brachium tantùm non extenditur, ſupráque ſiniſtram mammam, nec non ſupra faciem (caput nanque in vtero ita inflectitur, vt mentum ad thoracem perueniat) ſiniſtrum igitur brachium medio cubito dextero fulcitur, digitis ſemiextenſis, pollice deorſum, crura tanta arte ſurſum feruntur, & incuruantur quaſi in arcum, vt dictu mirum, viſúque res pulcherrima & admirabilis exiſtat. femur, tibia, péſque dexter nobis eo tempore flectuntur, adeò vt femore abdomen attingatur, à genu vmbilicus, deinde tibia

deorſum

Digitized by Google

deorſum flectitur, calcéque ſiniſtras nates attingit, extremum eleuans pedem, pudendáque occultans, adeò vt pollice dimidiã tibiam ipſe tangat, ſiniſtrum crus, ipſum quoque ſemiflectitur, femur ventrem imum tangit, tibia ſupra abdomen thoracémque vertitur, & ſub extremum brachium, pes autem extremus ſurſum voluitur, dextrum olecranum attingens, ſiniſtríque brachij metacarpium. Dorſum verò in anteriora fertur, adeò vt ex his omnibus globus ſphæricus oblongus euadat. Hæc ille. Didymi autem & tridymi eodem prorſus modò ſituantur, iiſdem, vt dixi, tecti ſecundis, leui quadam membrana inter ſe diſtincti; nam alioqui inter ſe cohærerent, ac monſtra hominum ſeſe attingentium fierent: quæ vt clariora reddantur, exhibemus heic geminos, vtero & ſecundis diſſectis.

A. matrix



A matrix eſt. B panniculi, ſeu fœtuum inuolucra. C ſecundæ. D meatus ab vmbilico fœtus, ad collum, & axillas deuolutus. E rugæ, ſeu nodi circa eundem meatum, de quibus poſteà.

Embryo nunquam niſi ex vtero lapſus vocem emittit, veluti præſagiens calamitatē vitæ huius quam ingreditur: hinc quondam apud Thraces mos erat in lucem editos lachrymis proſequi, mortuos conuiuiis, & tripudiis. Author eſt Hero-

Digitized by Google *dotus*

dotus in quinto historiæ ſuæ libro, Thrauſos gentem eſſe Thracibus finitimam, quæ cætera quidem, cum Thracum moribus concordet, vnum illud habeat peculiariter, quòd edito infante propinqui circumſidẽtes cum ploratu commemorent, quantum calamitatum illi ſit perferendum vitam ingreſſo; contrà defunctum hominem luſu lætitiáque efferant, recenſentes quàm multis malis ſubductus ſit. Plorat autem ideò infans, quia motus ille ac tractatio, non ſine dolore aliquo, ac offenſione tenelli corpuſculi fiat. Soranus ideò plorare dicit, quòd inſuetam tangat terram, & tenuis ſpiritus à luce concutitur. Ergo, inquit, mulieres quæ in nauibus pariunt, mutum pariunt, quod nos quotidiana experientia aliter euenire comperimus. Verùm vt ad propoſitum veniamus, ſicuti formationis particularum, non vnus idémque eſt terminus, ita editionis in lucem varia ſunt tẽpora; ſunt enim quæ ſexto, ſeptimo, octauo, nono, decimo, vndecimóque, &, vt Homero viſum eſt, duodecimo menſe partus ſuos excludant. Atqui qui ſexto menſe aut citius eſt editus infans, non viuit, nondum ſiquidem planè perfectus, aut abſolutus eſt; ſeptimo tamen editus menſe ſupereſſe poteſt, abſoluit enim tum natura circa dearticulationem opus ſuum: Adde quòd magna eſt poteſtas ſeptenarij numeri, quẽ ἑβδομάδα vocant,

vocant, vt ex M. Varrone annotauit A. Gellius: nam ad homines quoque naſcendos vim numeri iſtius porrigi, pertineréque ait. nam, quum in vterum, inquit, mulieris genitale ſemen datum eſt, primis ſeptem diebus conglobatur, coagulatúrque, fitq́; ad capiendam figuram idoneum: Poſt deinde quarta hebdomade, quod eius virile futurum eſt, caput, ſpináque quæ in dorſo eſt, informatur. Septima autem ferè hebdomade, id eſt nono & quadrageſimo die, totus, inquit, homo in vtero abſoluitur. Illam quoque vim numeri huius obſeruatam refert; quòd ante menſem ſeptimum, neque maſculus, neque femina ſalubriter, ac ſecundum naturam naſci poteſt, & quòd iÿ qui iuſtiſsimè in vtero ſunt, poſt ducentos ſeptuaginta tres dies poſtquam ſunt concepti, quadrageſima denique hebdomade naſcantur. Hæc ille. Cæterùm ſeptimeſtres partus, etſi vitales ſunt: tamen, quod maximè mireris, octauo menſe geniti non ſolent viuere: ſeptimo enim menſe fœtus mouetur ad exitum, eſtq́; is menſis criticus; quare quoties natura fœtus eſt valida, editur, ſin autem inualida adhuc debiliſque, vires non ſuppetunt ad expulſionem, manet igitur in aluo dum vires reſumat, menſes videlicet duos: transfert enim ſe in aliam vteri partem, vt docet Hippocrates: quanquam Realdo Columbo ſecus videatur, qui exiſtimat,

Digitized by Google

existimat, fieri non poſſe, vt in tantillo vteri ſpacio fœtus in alterutram partem ſe dimoueat. Quum igitur poſt ſeptimum menſem ſtatim editur octauo, non poteſt durare; fuit enim natura imbecillis, nec prodeſt poſt criticum tempus moueri materiam, prætereà gemina migratio affligit infantis vires, nam & ſeptimo menſe ſeſe tranſtulit fœtus in aliam vteri partem vt diximus, & poſteà ſtatim octauo editus eſt: Non poteſt autem natura fœtus, iteratos ſtatim ferre motus, & conatus. In Ægypto tamen geniti infantes octauo menſe, & adoleſcere & viuere poſſunt. Quod & in Italia fieri dicit Plinius. Neque deeſt aſtrologica ratio, quare menſis ſeptimus criticus ſit; aut enim ſol vehitur in ſigno quod eſt oppoſitum ſigno conceptus, aut ſi ſingulis menſibus, ſinguli planetæ reſpondent, vt volunt aſtrologi, Saturno rurſus tribuetur octauus menſis naſcentibus inimico: Aſtrorum etenim reuolutionis, vel ipſo Galeno de diebus decretoriis authore, mirabilis vis eſt in ortus noſtri principiis; fingamus enim, inquit, quodam naſcente ſalutares planetas in ariete, malignos in tauro eſſe, is homo nimirum, quum luna in ariete, cancro, libra, & capricorno fuerit, pulchrè deget: quum verò taurum ipſum, vel tetragonum aliquod, aut diametrum ſignum occupat, malè tunc & moleſtam vitam tranſiget. nam

& aſi-

Digitized by Google

& aſsimilationis cauſſas, ut antè quoque meminimus, nonnulli hinc expiſcantur, bonos enim poſitus ſiderum in formis venuſtatem, hilaritatem, & quaſi lumen efficere, fœdos verò inſigniter defœdare corpora. Præterea docet Ptolemæus, quòd ſi quis naſcatur ſole non aſpiciente, lunam octauo menſe hunc naſci, & vt virgo non reſpiciat aquarium, non poſſe eo menſe natos viuere: eſſe tamen nonnunquam quando octauo mẽſe viuere poſsint, videlicet quando ſol fuerit à principio in piſcibus, vel virgine, vel geminis, vel ſagittario hora generationis; deinde hora natiuitatis, ſit in octauo ſigno quod non reſpicit, aut imperat, aut obedit iuxta graduum numerum. Septimò autem menſe eos naſci ſuſpicatur Plinius, qui pridie, poſteróve pleniluny die, aut interlunio concepti ſunt, & libro II. capite 37. tanquam imperfectum atque abortiuum partum qui ſeptimo menſe fit damnare videtur; nam ſeptimo menſe genitis, inquit, ſæpenumerò foramina narium, & aurium defuere, quod falſum eſſe quotidiana docet experientia. Proinde quum nono menſe frequentiſsimè edantur partus, Hippocrates ſtati & fixi temporis regulam reliquit nobis: ſiquidem ſi à conceptione ad formationem dies duplicentur, indicant diem motus, poſteà hi rurſus triplicati indicant diem partus: vt ſi fœtus formatus eſſet quadrageſimoquinto die,

die, moueretur nonageſimo, ederetur autem ter nonageſimo: verùm quum menſis, vt idem ſenex docet, diebus viginti nouem & ſemis conſtet, nouem integris menſibus reſultabunt dies tantùm 265 $\frac{1}{2}$. Admittit præterea Hippocrates decimeſtres partus, ac vitales affirmat: ad vndecimum verò menſem egerendi partus tempus nunquam protrahi author eſt. hinc lex ciuilis poſt decimum menſem à morte patris natum non admittit ad legitimam hæreditatem. Plinius tamen Veſtiliam C. Herdicij, ac poſtea Pomponij coniugem Suillum Ruffum vndecimo menſe enixam tradit: reliquas verò ſeptimo conſueuiſſe, quanquam illud ſenex Cous errori muliercularum tribuiſſe videatur: Concedit enim idem ad vndecimi initium nonnullas protrahere partus tempus, ſed minimè ſub finem. In ſumma tantum olim Romanæ pudicitiæ conceſſum eſt, vt vel totos quatuordecim menſes partum tuliſſe crederentur, ſi Plinio credimus, quoniam videlicet nullum ſtatutum pariendi tempus videretur.

CAPVT XVII.

De grauidarum obſeruatione.

QVVM *imprægnationis impedimenta, ac conceptionis ſigna ſatis declarauerimus, reſtat vt quibus modis embryo in lucem edatur, ac*

Digitized by Google

conſeruetur enarremus. Cæterùm quum matre malè valente, & improba victus ratione vtente fœtus bene valere, & bono ſucco ali non poßit, prima habenda ratio eſt grauidæ. Vitet igitur illa corporis motus omnes violentos, tum quòd abortus procreent, tum quòd fatigent corpus. Animi autem motus pernicioſos eſſe atque exitiales, ſatis conſtat ex Iulia Pompeij Magni vxore, vt alia exempla omittam. Veſcatur autem grauida cibis boni ſucci, ac frequenter dum tempus fert cotonea eſitet; hæc enim fœtui induſtriam, & ingenium conciliare creduntur: quod ratione omnino non deſtituitur; arcent enim cotonea vapores à cerebro, quo fit vt ſubſtantia cerebri infantis purior reddatur, vnde & melius ingenium: nam & quæ cepis frequenter vtuntur, & plus ſatis bibunt, turbulento ingenio proles producunt. At ſi nati pueruli ſtatim moriantur, nec educari poßint, oua teſtudinum aßiduè eſitata prodeſſe aſſerunt. Grauedolentiam porrò & ſonitus vitare debet grauida: res quoque immundæ procul ab ea arcendæ ſunt; exercitiis temperatis, leuibusq; vti ſuaſerim, & deambulationibus: Coitu autem ſi omnino abſtinere poßit, laudauerim, idq; potißimum duobus aut tribus primis menſibus; nam viri conſuetudine menſes prouocantur: Cæteris minus obeſt, poſtremis præſertim; partum enim ſollicitat. ſic

à diure-

à diureticis, menſesq́ue prouocantibus abſtinendum, qualia ſunt acria omnia, cappares, cæpe, cicer, phaſeoli, oliuæ immaturæ, allia, crocus. vinum meraciuſculum, ac vetulum eſſe debet, diluto colore, vel flauo, ſubauſtero ſapore. Panis ſit bene fermentatus, & probè ſubactus, qualis αὐτόπυρος *eſt, in clibano coctus, non aſſus. Inter fructus vuæ paſſæ commendantur plurimum, idq́ue ſecunda menſa potiſſimum; poſt has pira, mala cydonia dulcia, perſica, mala* μῆζα, *(quæ corrupto vocabulo muſa vocant Arabes) punicaq́ue non nimium auſtera. In ſumma, conueniunt ſtomachum roborantia, & appetitum prouocantia: in quem vſum exhiberi poterit diamargariton confectio, aut diambras, idq́ue ſine moſcho: hæ etenim & ſtomacho & matrici robur addunt: ſunt qui ſcutum ſtomachicum medicis dictum, defecto ventriculo adhibent. Plinius abſtinendum docet à ſalſioribus cibis, quòd vnguium propagine præpedire dicantur. Arcendæ ſunt grauidæ à pinguibus dulcibuſq́ue, ac cauere debent ab odoramentis acribus, vt cinamomo, pipere, Zinzibere; poteſt tamen vti caryophyllis, nuce myriſtica, ac mace, ſunt enim aſtringente facultate prædita. Quod ſi aluus aſtrictior ſit, iuſculis, aut ſorbitiunculis primum emollienda eſt; & ſi ne ſic quidem ſuccedat, glandibus, aut leuibus enematis ex capi*

Digitized by Google

decocto, caſia & ſaccharo rubeo confectis eadem irritanda erit. pharmacorum autem vſum, non ita temere ſuaſerim; primis præſertim & poſtremis menſibus. Caſiam enim catharticam, quam omni etiam tempore innoxiam arbitrantur, ego propter flatuum quos gignit copiam, non ita commendarim, melle certè aërio, quod manna vocant, aut rhabarbaro ſi ita ferat occaſio, lubentius vſurus. ſub partus autem tempus, vnicè cauendum moneo, ne colon excrementis diſtentum parturienti dolores adaugeat; in quem vſum vtatur in principio paſtus prunis damaſcenis aut ſiccis aut non ſiccis, ſed coctis in aqua, & ſaccharo conditis: ſic enim mollem aluum efficiunt. nam in vino cocta aciditatis neſcio quid adipiſcuntur, vnde & aſtringentis facultatis participia nonnihil ſunt. Quòd ſi febrire prægnantem contingat, regatur non ſecus ac febriens; quam ſi purgare opus fuerit, purgetur iuxta Hippocraticum aphoriſmum, à quarto menſe vſque ad ſeptimum, non duobus poſtremis, aut tribus primis menſibus. Venam tamen ſi incidere neceſſe ſit, incidenda potius erit tribus primis menſibus, quòd eo tempore fœtus paruus adhuc ſit, paucioreq́ nutrimento egeat quàm maior.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XVIII.

De partus acceleratione, atque obſtetricis officio.

MVLIER *quum parit, inquit ſacra Scriptura, dolorem habet. dolent autem vehementiſsimè parturientes, ob anguſtiam oris matricis, quam parturiginis momento neceſſe eſt adeo dilatari, vt fœtui abſque difficultate exitus pateat: & quoniam mulieribus aliis laxius, aliis durius, aliis ſtrictius vt primiparis, aliis nerueum magis eſt os vteri, fit vt dolores parturientium non ſint ſemper iidem, aut ſibi ſimiles; verùm vt aliquæ ſtatim, & pæne ſine dolore pariant, aliæ diutius in doloribus, & cruciatibus illis vehementibus verſentur priuſquam pariant: ita vt inueterata ſit inter mulieres concepta opinio, parturientis oſſa omnia partus tempore ſuo dimoueri loco, neque conſiſtere; quum rei veritas ſit, os coccygis in partu tantum affici. Vt igitur tam faciles, quàm laborioſos partus quoad fieri poteſt, leuemus, induſtriam omnino & ſagacem oportet eſſe obſtetricem, quæ inſtantis partus indicia præſagiat, ne nixurientem ex improuiſo moleſtiæ obruant, imparatamq́; adhuc indomita illa tormenta adoriantur. Eſto igitur obſtetrix robuſta, non annis confecta, prudens, perita, ac in*

 eo munere

BIBLIOTECA CENTRAL DE LA FACULTAD DE MEDICINA

eo munere facilis, audacula, quæ primiparæ animum excitet, ac demulceat, timidiuſculasq́; redarguat; ne tamen nimis ſit garrula, ſed faceta, ac hilaris, & in ſumma, quæ difficultati partus oportunè expediteq́; ſuccurrat, ac ingenioſe agat quæ ex inſperato accidunt, & quæ in decidendo, præligandoq́; infantuli vmbilico non ſit impigra, atque id ante omnia caueat, ne ad labores parturientem adigat, priuſquam partus ſe exhibeat, atque videndum præbeat: Nam, vt docet Paulus ex Ægina medicus, tempus quo in ſellam locabitur parturiens, eſt, quum vuluæ os dehiſcens digito ſublabitur, & quod præruptum eſt procumbit; antea enim quàm hæc fiunt, irritus labor eſt qui à nixuriente ſuſcipitur, & parturientes labore conficiuntur, vt quum laborandum fuerit, labori non ſufficiant. Homo enim non naſcitur vno momento, ſed primùm vertitur in vtero, deinde frangit tunicam qua circumquaque tegitur, tertiò prodit capite, ſi naturalis partus eſt, quartò prodit totus, quintò & vltimò abſcinditur vmbilicus, aut inter naſcendum frangitur, quæ quinque actiones rarò, aut nunquam minore ſpacio temporis intercluduntur, quàm duarum, aut trium horarum; (quanquam norimus aliquot, quæ non ſemel vnius horæ momento, parturiginis labores in totum perpeſſæ ſint.) plærunque etiam

ad dies

Digitized by Google

ad dies aliquot extenduntur. Si igitur ingeſtabile fœtus onus, ac ſub vmbilico grauitas, & in lumbis, inguinibuſq; continuus cruciatus ſentitur, ſi ventris caliditas, ſi genitalis natura tumet, ſi locelli humectantur, ſi vrinæ ſit incontinentia, ſi matrix reſolui, aut relaxari ſentiatur, parturiginis indubitata ſigna ſunt. Grauidas autem ſi torſiones vexant, ocyſſimè pariunt, ac ſæpius moriuntur: quæ lumbos dolitant vix pariunt; quæ imum ventrem, expeditius: in genere autem maſculi fœtus facilius in lucem eduntur, fœminini verò laborioſius. Proinde ſi mas naſcetur, ſanguis eſt dilutior, ac pallidus; ſi fœmina, cruentus; quanquam nonnullis eueniat vt nihil horum fiat. Accerſita igitur obſtetrix omni conamine partum promouere ſtudebit; nam quum heic, ſi vſquam alibi, noxia ſit mora, cane peius & angue fugienda ſunt ea, quæ partum retardant, cuiuſmodi ſunt nixurientis pudor, mœſtitudo, metus. ſuffulta igitur aliis mulierculis, ſenſim ac leuiter obambulet, brachia interdum ſuſtollens, ac vtrinq; latus comprimens: quòd ſi dolores exagitantur, ingruantq; vehementius, ac gurges ille magis ac magis profluere ſentiatur, atque humor quem aquæ nomine appellant obſtetrices prománet, tum demum ad excludendum partum ſe componat; partus enim ipſius exitus facilior

Digitized by Google

erit, ac fælicior. nam humiditate excrementorum, partes lubricæ redduntur: quòd ſi remorantur, magna cum difficultate, ægréque parituram puerperam certò ſcito. Anhelitum igitur comprimat, præpinguis ſi ſit demiſsis telluri genibus, capite, cubitiſq; pariter procumbens innixo ſpiritu commodius pariet. obſtetrix autem, quoties fert occaſio, digitos oleo ſeſamino, aut liliaceo inunctos leuiter muliebribus indat, eáque demulceat, liniat, lubrica, laxaq; reddat: ſiquidem quum naſcente fœtu os illud ſacrum, (ob id vti reor ſic dictum) diuino naturæ munere quàm maximè hiet, relaxato, ac verſus poſteriora verſo oſſe coccygis, quod in parturientibus motum aliquem imitari exiſtimatur, neceſſum eſt vt tendones, muſculique laxiores ſint: conſtat autem id multiplici compage, vt fœtui naſcenti amplior pateat exitus, peractóque opere in naturam ſuam redit, ac clauditur, ita vt nulla humana arte laxari poſsit: quo fit vt non raro altero geminorum excluſo, ac in lucem edito, altero hærente, vel etiam ſecundis remorantibus, parturientibus non parum periculi attulerit, ſeſe intempeſtiuè comprimens. Oſcitatio porro in enixu eſt lethalis, ſicuti ſternutatio à coitu abortiuum. Suaſerim interim obſtetricibus vt ſemper ad manum habeant amuleta quædam ad facilitandum par-

tum, vt

Digitized by Google

tum, vt ſi difficilior ſit, iiſdem vrgente neceſſitate vti poſſint: Sunt autem eius generis lapis aëtites ſi pariendi tempore à brachio ad femur transſferatur; pennæ vulturis pedum plantis adalligatæ: Samius item lapis pro amuleto geſtatus; Anguium etiam ſenectus adalligata lumbis faciliorem partum efficere dicitur, protinus tamen remouenda eſt ſi Plinio credimus. Alij ſi prægnans parere non poteſt, hyoſcyami radicem ſiniſtro femori alligant, atque à partu auferunt, ne ſi diutius hæſerit, matricis præcipitatio ſubſequatur. Trotula de mulicbribus paſſionibus, teneat, inquit, patiens magnetem in manu dextera, & confert. Item raſuram eboris bibat: item corallus in collo ſuſpenſus prodeſt: ſimiliter album illud quod inuenitur in ſtercore accipitris, datum in potu confert. Item in ventre hirundinis, ſiue eiuſdem nido inuenitur lapis primogeniti, cuius lotura ad idem valet. Idem ſatureiam tritam ventri ſuperligatam, fœtum, qualis tandem ſit, educere teſtatur: Dat etiam lac aſininum cum pari pondere aquæ ſalſæ, aut roſaceæ bibendum: Aut alligat radicem cucurbitæ renibus, quam à partu ſtatim auferendam dicit. Alij lac alterius mulieris cum artemiſiæ coma mixtum calidum vmbilico applicant: Apuleius, vt mulier citò pariat, inquit, coriandri ſeminis grana xj.

Digitized by Google

aut xiij. in linteolo mundo de tela alligato, puer, aut puella virgo ad femur ſiniſtrum prope inguen teneat, & mox vt peractus fuerit partus pueri, remedium citò ſoluatur, ne inteſtina ſequantur. Fertur etiam partus vicinos accelerare, ex quo quæque conceperit, ſi cinctu ſuo ſoluto fœminam cinxerit, deinde ſoluerit, adiecta precatione, ſe vinxiſſe eandem, & ſoluturum, atque abierit. Plinius naturalis hiſtoriæ libro xxviij. capite ſecundo. Ferunt, inquit, difficiles partus ſtatim ſolui quum quis tectum in quo ſit grauida, tranſmiſerit lapide, vel miſsili ex his quæ tria animalia ſingulis interfecerint ictibus, hominem, vrſum, aprum. Probabilius id facit haſta velitaris euulſa è corpore hominis, ſi terram non attigerit. nos hæc vt ſuperſtitioſa nimis reiicimus, quemadmodum & eam curationem quam Villanouanus breuiarij ſui libro tertio capite ſecundo narrat. Ioannes de Sancto Amando, boracis puluerem in partu difficili ante omnia valere dicit. Alij magnetem carneum, qui à Græcis catochites dicitur, coxendici alligant; alij alia exhibent, cuiuſmodi puluis is eſt, qui recipit, trochiſcorum galliæ moſcatæ in puluerem redactorum ℥j. myrrhæ, caſtorei, ſtyracis ana ℥j. ß. cinamomi, ſabinæ ana ʒß. croci ℈j. dictamni cretici ℈ij. puluerata commiſcentur, & exigente vſu ʒj. aut ℈ iiij. cum vino exhibentor.

Digitized by Google

exhibentor. Gallia moſcata in pollinem redacta per ſe in vino partum facilitare creditur. eiuſdem efficaciæ eſſe dicitur ſequens quoque linimentum, quod recipit muccaginum ſeminis fœnugræci, ſeminis lini ana ℥ j. ſeminis althææ ℥ ß. olei liliacei, adipis gallinæ ana ʒ vj. croci momentum, ceræ quod ſatis ſit, fiat linimentum ad pudenda. Benedictus Victorius Fauentinus, inter alia, in difficili partu hoc maximè commendatum habet, quod ℞ corticum raphani, mercurialis ana ʒ j. croci gran. iij. caſiæ ligneæ ſubtiliter puluerataæ ʒ j. ſucci ſabinæ ʒ ij. miſcentur, inquit, & ſimul omnia contunduntur, deinde ligantur in ſindone ſubtili, & inungantur collo matricis, ſtatim parturiet. Aſcribit & aliud inter empirica, quod non ſolùm facilem, ſed & doloris fere expertem nixuritionem faciat, quod ℞ theriacæ magnæ ℈ j. puluerum glycyrrhizæ, cinamomi ana g. iij. vini albi pauciferi ℥ j. ß. ſumitur, inquit, alternis diebus, tribus ante paſtum horis; idque decem aut quindecim plus minus ante partum diebus.

CAPVT XIX.

Quomodo excipiendus ſit fœtus.

POSTEAQVAM *è latebris quibus hactenus delituit infantulus, emerſit, continuò obuiis vlnis excipiendus eſt, ac ſtatim vmbilicus præſcin-*

Digitized by Google

præſcindendus, cui (non ſecus ac pediculis ſuis poma ſuſpenduntur arboribus) fœtus vtero alligabatur; ſed & magna cura & ſtudium adhibendum, ne in præſectione aberremus: quatuor igitur plus minus digitis ab infantis corpuſculo vmbilicus deligandus eſt, ac à nodo obligato, acutiſſimo forcipe præſcindendus: Sed rurſus hîc cauendum ne ſtrictè nimis ligetur, ne tenellum corpus doloribus afficiatur: præterea ne nodus ille vel nexus laxior ſit, quàm conueniat, quòd inde in virium reſolutionem, & mortem incidant infantuli. Trotula vult membrum virile pro vmbilici deligatura, maius aut minus fieri, ita vt ſi infra trium digitorum ſpacium ſit, exile admodum ac breue futurum ſit. Auicennas præſagia quædam ex vmbilici diſſectione colligit; inſpici enim iubet vmbilicum mulieris quæ primum fœtum edit; nam ſi parte qua corpori proximus eſt ſinus quoſdam præ ſe ferat, reſiduam ſterilitatem ſignificare: Contra ſi rugas quaſdam, ſeu nodos habeat, totidem conſequuturas proles quot fuerint numero; ac proinde ſi multum inter ſe huiuſmodi nodi diſtent, longum inter parturigines tempus reſtare; contrà ſi contigui quodammodo ſint, neque magno ſpatio diſtinguantur, paruum conceptionis interuallum ſignificare: atque rurſus ſi iidem nodi ruffiores ſint, maſculum; ſin palli-

Digitized by Google

ſin pallidiores, fœminam indicare. Id alij ſomnium eſſe aſſerunt, quum totidem nonnunquam rugæ in extremo fœtu conſpiciantur, quot in primo puerperio. Has enim rugas, ſeu nodos eô creatos eſſe dicunt, vt ſanguis ad fœtum deductus in iiſdem cunctaretur, & ceſſaret quodammodo in ipſo curſu, atque ita elaboratior redderetur. Præciſus autem vmbilicus fere ſeptimo decidit die, quem in occidua Flandriæ plaga magna ſuperſtitione patribus ſeruandum obſtetrices per manus tradidere: cuius rationem quum hactenus ab iiſdem expiſcari non licuerit, hinc equidem conſuetudinem primùm irrepſiſſe crediderim, quòd is geſtatus, & collo appenſus, colicis affectibus præſens eſſe remedium dicatur. ferunt enim eum tanquam amuletum quoddam colicos liberare, ſi annulo argenteo ita incluſus vt carnem tangat geſtetur; & quòd idem potus fœcunditatem credatur conciliare. Verùm ſi is pluſquam conueniat præſcindatur; dyſpnϾ periculum ferè incurrunt miſelli. Diſſecto itaque vmbilico ſtatim lauandus eſt infans, æſtate quidem tepida, hyeme verò vtcunque calidiore; frigidæ enim vſus etiam torrida æſtate ſuſpectus eſt, quòd cutis aſtrictionem faciat; quæ multorum morborum cauſſa & origo eſt: atque hinc forte Galenus ſeſe Germanis ſua non ſcripſiſſe teſtatur, quòd nimirum ij pri-

mùm

Digitized by Google

mùm natos infantulos Rheno abluerent. Quod ſi fortè temperaturæ humidioris, ac laxioris fuerit infantulus, tum corpus abluendum eſt aqua, in qua roſæ, myrtus, balauſtium, & id genus alia ſint incocta; eáque tepida exhibenda ſunt. Omnes deinceps ſordes, & illuuies mundentur, narium mucus digitis eximatur, aures purgentur, palpebræ diducantur, extergantúrque oculi, & os. Curandum enim & cauendum eſt, ne quid virulenti reliquum ſit quod ſuppuret. Purgatum infantuli corpus faſciis diducatur, ac componatur; nam quum recens coagulato caſeo quam ſimillima ſit infantis iam iam nati conſtitutio, quamuis figuram, omnémque formant facilè ſuſceperit. Cauendum igitur eſt ne indebita deligatione, aut varos, aut valgos efficiamus. author eſt enim Hippocrates libro De aëre, aqua, & locis, Macrocephalous, quoniam maximè generoſum apud eos putabatur, quam maximè longum habere caput, quum recens natus eſſet infans, caput eiuſdem molle adhuc, & tenerum exiſtens quàm celerrimè conſtrinxiſſe manibus, coaptantéſque coëgiſſe in longitudinem, quin & vinculis connexuiſſe, atque aptis inſtrumentis colligaſſe, quo rotunditas capitis prohiberetur, ac longitudini aliquid accederet; & ea quidem conſuetudo à principio id effecit, vt longa capita ſortirentur temporum

progreſſu,

Digitized by Google

progreſſu, quum ſemen ab vniuerſo fluat corpore, à ſanis quidem ſanum, ab infirmis verò inualidum: natura quoque tales produxit, vt non neceſſe eſſet amplius conſuetudine priore cogere. Sed neque iam iam excluſus infantulus cuiuis ſtatim in manus tradendus eſt, verùm ei quæ & temperatiſſima eſt, & fluxu menſtruo non laboret; menſtruoſæ enim, teſte Plinio, virus quoddam venis alunt, idque exhalant; quod totum corporis habitum ſub id temporis inficit: vnde puto veniſſe in conſuetudinem, vt prouectioribus ætate tradantur; quod his natura menſtrua ſupprimitur purgatio.

CAPVT XX.

De difficili partu ex Ægineta.

DIFFICILIS *partus accidit, aut vitio parentis, aut fœtus, aut ſecundarum, aut foris aduenientium. Parturientis quidem ſi craſſa, obeſáque ſit, aut vulua tota exigua, aut dolorum imperita, aut timidiuſcula, aut inflammationem in locis genitalibus, aliáue particula experta, aut alio quodam modo laborans, aut natura imbecillis, vt fœtum nequeat expellere, aut ſi ante tempus pariat. At fœtus vitio, ſi vel inuſitatæ magnitudinis ſit, vel exiguus, & modicæ grauitatis, vel magni capitis, & monſtroſus, verbi*


gratia

Digitized by Google

gratia biceps, vel mortuus, vel viuus quidem ſed imbecillis, vt foras non poſsit exilire, vel ſi plures ſint, nam Herophilus vno partu mulierem quinque fœtus edidiſſe memoriæ prodidit. Plinius in Ægypto, vbi fœtifer potu Nilus eſt, ſeptenos ſimul gigni author eſt. Albertus Magnus memoriæ prodidit in Germania quandam fuiſſe, quæ configuratis iam in vtero duorum & viginti infantium corpuſculis abortum fecerit. Annales etiam Hollandiæ memorant Comitiſſam quandam Hennebergenſem vno partu enixam fuiſſe CCCLXV *configurata corpuſcula viua, quæ ſimul vni impoſita pelui ſacri baptiſmatis lauacro abluta ſunt, ac ſtatim expirarunt, reconditáque ſimul ſunt in vno ſarcophago non procul ab Haga Comitis in Loſdunen abbatia monialium, ſeruatúrque in hunc vſque diem peluis illa in rei memoriam. Nos mulierem vidimus quæ quouis partu tres, quatuor, quinque & eo amplius proles pareret. His addere licet ſi figuram naturæ contrariam obtineat. Nam Realdus Columbus tres ſitus fœtus in vtero ſe obſeruaſſe teſtatur, ac nullos præterea alios, quanquam alij innumeros comminiſcantur, quos ſuo loco ex Aëtio enumerabimus: ac primum quidem eſſe dicimus, eumque omnium frequentiſsimum, quoties caput deorſum verſum manus ad femora diriguntur; hunc naturalem fœtus*


ſitum

Digitized by Google



ſitum appellare conſueuerunt. Secundũ ſitum hunc eſſe dicit, quoties capite ſurſum elato in pedes conuerſus eſt; quo ſitu rarò in vtero videri infantes, atque hunc partum difficilem eſſe, & qui ita naſcantur agrippas vocari, quòd ægrè & difficulter in lucem prodeant, quanquam non deſint qui ab ægritudine pedum agrippas dictos contendunt. Auicennas ſitum hunc præternaturalem vocat. Tertius tranſuerſim iacet, atque hic eſt ſecundo rarior, & reliquis periculoſior; ac proptereà contrà naturalis appellatur: prodeunt ita ſituati, primùm natibus, facie, vt reliqui omnes coccygem verſus reſpicientes.

Digitized by Google



At ob ſecundam, quæ & loculus appellatur, remorantẽ partus redditur difficilior, ſi non auellatur propter craſſitiem, aut priùs quàm opus eſt, propter ſubtilitatem, abrumpatur: humore ſiquidem exacuato, vt dixi, infans præ ſiccitate ægrè mouetur. Ab externis verò difficultas oritur variis modis; aut enim frigore quod vuluam denſauerit, aut calore immodico qui vires diſſoluerit, aut ex quodam alio fortuito incidente. Alÿ alias cauſſas aßignant, vt ſunt totius corporis grauidæ breuis ſtatura ratione ætatis; hæ etenim vterum reliquis corporis particulis correſpondentem habent: huc addunt ceruicis obliquitatẽ, & oſſa pubis nimium conſerta,

Digitized by Google



conſerta, dum in partu dilatari non queant; neq; enim velut in viris, ita in mulieribus, oſſa pubis alternatim cõſeruntur, ſed forti copula connectuntur. Primiparas etiam difficulter parere antè dictum eſt, eóque grauius, quo prouectioris ætatis ſint. Lumborum item cauitas, compreßionem faciens, & excrementorum copia in recto inteſtino retenta, labores parturientibus adauget.

CAPVT XXI.

De partubus contra naturam, ex Aëtio.

EXITIALES *ac periculo non vacantes partus ſunt varij, ſiquidem præter naturam caput in dexteram vteri partem, vel ſiniſtram*

Digitized by Google

declinat; aut altera, aut vtraque manus exeritur, aut crura intus inter ſeſe diducuntur: reliquis tamen figuris minus ſuſpectam dixi quæ in pedes contingit, præcipuè ſi manibus ſuper vtroque femore extenſis prodeat. Fœtus qui altero pede prorumpunt, altero intus detento, aut duplicati alicui parti vuluæ innituntur, directione indigent, ſicut & qui manus expanſas habent. Cæterùm qui obliqui prodeunt minus improbandi ſunt. atque hoc quidem tripliciter contingere poteſt; aut enim in alterutrum latus, aut in ventrem prodeunt, verùm tutius eſt in ventrem progredi: ſic enim obſtetricis manui locus datur, vt in caput, aut pedes naſcentem dirigat. At qui duplicati prodeunt, in peſſimam figuram illapſi ſunt, maximè ſi in coxarum vertebras deferuntur. Tripliciter autem duplicari ſolent: nam vel capite, & cruribus, vel ventre, vel coxarum vertebris vtero incumbunt; verùm ſatius eſt in ventrem incumbere; eo enim à nobis diſſecto, & interaneis exemptis, conſidente corpuſculo facilis eſt figuræ tranſmutatio. Huc vſq; Aëtius exquiſitè quidem contranaturales partus enumerauit, contentus geminorum partum laborioſum dixiſſe: verùm quum hîc vt in aliis innaturalis ſitus nonnunquam deprehendatur, ſumma ſedulitate opus erit, ne mater deficiat; fit enim vt non

capite

Digitized by Google

capite ſed pedibus deorſum vergant. hîc igitur danda opera eſt, vt quàm commodiſſimè fieri poteſt vnum poſt alterum excipiat obſtetrix. fit etiam vt diuerſo modo ad exitum tendant, ita vt alter capite, alter pedibus ſeſe exhibeat: hîc ſummè enitendum eſt, vt eum prius educat, qui prior ex his fuerit; ita tamen vt neuter alterum inter eximendum contritu lædat; quanquam & in hoc elaborandum eſt, vt is qui poſterius prodit, ac in pedes procidat, ſi fieri poteſt conuertatur, caputque vuluæ foribus obducatur, id ſiquidem tutiſſimum erit.

CAPVT XXII.

De ſecundis remorantibus, ex Aëtio.

SECVNDAM *dictam volunt, quòd velut ſecundum domicilium ſit, Paulus ob id* δευτέριον *appellat, vel receptaculum ab vtero, & velut fœtus indumentũ, quemadmodum* χώριον *quaſi* χώρημα, *id eſt alueum infantis, Græci dixere: ſi igitur eam detineri contingat, interdum vteri os clauſum, interdum apertum inuenitur; aliquando inflammatum, interdum etiam citra inflammationem, & modò vteri fundo coniuncta reperitur, modò ſeiuncta: ſi ergo os vuluæ apertum, & ſecunda libera ſeiunctáque ſit, & circa aliquam vteri partem pilæ inſtar circum-*

Digitized by Google

uoluta, faciliſima eſt eductio; ſiniſtram enim manum calidam, & pinguedine oblitam, in profundum immittere oportet, & arreptam ſecundam attrahere; ſin vteri fundo connexa fuerit, ſimiliter quidem manum immittemus, verùm apprehenſam ſecundam non ſtatim attrahemus rectà propter prolapſus vuluæ timorem, ſed ſenſim nulla violentia adhibita, primùm in obliquum placidè ducemus, hac & illac obuertentes, deinde aliquanto validius attrahemus, ſic enim obedit, & à concretione exoluitur. At ſi vteri os clauſum fuerit, profuſionibus pinguibus vtemur, & per ſiniſtræ manus digitos leniter adaperire, ac paulatim dilatare conabimur; & ſi non ſucceſſerit, ſuperiorem ventrem ex cruda hordeacea farina aqua calida, aut oleo ſubacta, intingere oportet, rurſuſq́; locos perfundere, pinguiaq́; fomenta adhibere: & ſi vires non fuerint debiles, ſternutatoriis etiam vtendum, ex caſtoreo pipereq́; præparatis. atque hæc quidem prima, & ſecunda die facienda ſunt. ſuffitibus etiam ex olla vtemur, quales ſunt qui ex caſia lignea, iunci odorati flore, artemiſia, iride, dictamno conſiunt, ita vt ſellæ olla ſupponatur, cui mulier inſideat vndiq́; veſtimentis contecta. Excipietur autem ſuffitus hic huiuſcemodi æneo, aut vitreo inſtrumento commodiſſimè, ſi eius extremitas vuluæ indatur.

Digitized by Google



Poſtea verò tentabimus, & ſi vteri os apertum inuenerimus, ſicut dictum eſt, manum immittere conabimur, eámque dextrorſum ac ſiniſtrorſum diducemus, non in rectum attractione facta: ſed neque vehementem eſſe oportet ſecundarum agitationem, verùm quæ leuis ſit, ac ſenſim fiat. Et ſi ne ſic quidem educta fuerit, perturbari non

Digitized by Google

bari non oportet, intra paucos enim dies putrefacta, & in ſaniem reſoluta decidet; quandoquidem verò ob grauæolentiam caput replet, & obturat, & ſtomachum ſubuertit, odoramenta continuè ſuffiantur: Conuenientia, & ad hunc vſum probata ſunt; Ladanum, thus, cardamomum, ſabina, ſtyrax; conueniunt etiam leuiora cientia menſes. Tanquam amuletum autem ad hoc facit, ouis & capræ ſecunda arefacta, trita & in vino pota, aut cum vnguento ſubdita, aut geſtata: Caſtoreum quoque drachmarum duarum pondere cum pulegio bibitum ſecundas pellit. Nonnulli petroſelini & porri ſuccum commiſcent oleo muſcellino, vel de pulegio, vuluæque indunt. Quidam ſuccum boraginis per ſe potum ſufficere autumant; quidam etiam iuniperi folia trita cum aqua mellis bibenda dant; aliis placet peucedani ſuccus, aut pulegÿ potus. Myrrha quoque bibita, thymbræq́; decoctum, & rubiæ radix ſuppoſita, eandem deiiciunt, Dioſcoride authore. Plinius panacis radices appoſitas, ſecundas morantes extrahere; atque idem efficere è vino potam palemoniam author eſt: ciſſanthemum autem potum non ſolùm hoc præſtare, verùm etiam vuluam ſanare. Hippocrates ſi ſecundæ decidere non poſſint, fœniculum vino, & oleo, ac melle feruefactum bibendum dat: nos longè efficacius eſſe

exiſtima-

Digitized by Google

exiſtimamus, oleum ſublimationis fœniculi, ſi ſiciliqui aut drachmæ pondere bibatur. Alij ſuffitus ex ſtercore felis adhibent aut ex vngula caballi, vel ſtercore agni prunis impoſitis.

CAPVT XXIII.

De partus mortui extractione.

PARTVS *difficultas ſi ob fœtum mortuum in vtero fuerit, fortiora adhibenda ſunt præſidia ad eum extrahendum, quàm ſi viueret: fœtus enim viuus ſuo motu niſúque partum adiuuat & accelerat, mortuus verò prorſus ceſſat à motu: ac tum demum ventris frigiditas adeſt, dolor circa vmbilicum grauis, ſpiritus exhalatur fœtidus, ac faciei color prauus eſt, oculi intrò receſſiſſe videntur; & color albus in fuluum ferrugineumque conuertitur; oculi naſúſque obſtupeſcunt, & horrent, labia autem liueſcunt, fœtidi humores ex locis profluunt. præſertim poſt morbum aliquem acutum, vexatur inſomniis; ſtranguriáque continua moleſta eſt. Primùm igitur opera danda eſt, vt quàm citiſſimè propellatur. verùm hîc rurſum attendendum erit, num ſalua & incolumi matre pelli poſſit; quidam enim tales ſunt, vt viua etiam & ſuperſtite matre eximi poſſint; alij contrà haudquaquam id admittunt. ſi igitur inter nixuriendum animo ſæpe deficiat*

 mulier,

Digitized by Google

mulier, ſi obliuioſa ſit, ſi langueat, ſi laſſa membra ægrè attollat & moueat; ſi frequenter conuellatur, ſi alta voce compellata, aut ſubticeat, aut reſpondeat ſubmiſsè, ſi pulſus concitatior languidiórque ſit; certum ſignum eſt matrem incolumem nunquam euaſuram. Deo igitur Optimo Maximóque committenda eſt: verùm ſi nulla horum adſint; bono eſto animo; pulſo enim partu ſaluam illam fore ſpes eſt maxima. Igitur quàm ocyſsimè huiuſmodi ſubiiciantur peſſi; qui recipiunt, ariſtolochiæ dictæ rotundæ, myrrhæ, hellebori, colocynthidos, ſingulorum ʒ ß. excipiuntur ſucco ſabinæ, & pulegij; deinde raro linteo inuoluuntur, fiuntq́ peſſi: poſſunt etiam ad hunc vſum componi ex caſtoreo, galbano, opopanace, erythrodani radice: ac ſuffitus ex fimo equi aut aſini, aut eiuſdem vngula fieri: Quanquam ſi cui hæc ſtatim in ipſo principio tanquam validiora non arriderent, à mitioribus auſpicari ei liberum erit: atque hos, aut ſimiles peſſos in vſum recipere, qui recipiunt hyſſopi, origani, lilij, calaminthes, ſingulorum ʒ j. terebinthinæ reſinæ ʒ ß. conquaſſata inuoluuntur lanugine goſſypij, ac finguntur peſſi: qui non hîc tantùm, ſed omnibus etiam parturientibus tutò, & ſecurè, citráque omnem abortu ſuſpicionem exhiberi poſſunt. ſternutatoria auten fortia adhibenda ſunt, ex pipere, & hellebor

ſimu

Digitized by Google

ſimul pulueratis. in eundem quoque vſum commendantur balnea in aqua decoctionis pulegij regalis, artemiſiæ, & calaminthes. Poſſunt etiam potiones propinari; quales ſunt quæ fiunt ex dictamni Cretenſis, caſiæ ligneæ veræ, aut eius loco cinamomi electi (quamquam non ſum neſcius, nonnullos præter omnem rationem, ad hunc vſum caſiæ nigræ, quam fiſtularem vocant, cortices commendatos habere) ſingulorum ſcrupulo vno & ſemis, cinamomi electi, nucis myriſticæ, macis ſingulorum ℈ ſ. pulegij ſicci, oßium dactylorum ana ℈ j. puluerata cum vini odoriferi ℥ iij. & ſucci ſabinæ ℥ ſ. tepidè exhibentur, aut hoc quod recipit, galbani, bdellij, ſagapeni, myrrhæ, ammoniaci, ſingulorum ℈ j. diſſoluta in vini odoriferi ſufficiente quantitate propinantur, ac à mortuo cadauere liberare fœlici ſucceſſu comperimus. Idem præſtare docet Dioſcorides galbanum cum myrrha ex vino potum. ſuccida lana Plinio mortuos partus etiam euocat impoſita, ſubditáque. Apuleius, ſi infans, inquit, in vtero mulieris mortuus eſt, pulegij codas tres recentes quæ adolent ſuauiter, tritas cum vino optimo vetere ſextarij quartario da; bibat, liberabitur: Idem, dictamni herbæ ſuccum, ait, ſi ſine febre fuerit, cum vino dabis; ſi autem febricitat, cum aqua calida, mox eiiciet pecus ſine periculo. Conſtantinus lac


Digitized by Google

tinus lac caninum bibitum fœtum mortuum eiicere author eſt, daríque cum melle è vino. Galenus *de remediis facilè acquiſibilibus, fellis tauri quantitatem amygdalæ diſſoluens, inquit, in vino lymphato da cochlearia duo bibere, & emittet confeſtim mortuum fœtum. Nonnulli ſuffitu ex axungia equina tanquam præſentiſsimo remedio idem tentant. Alij ſuffitus ex cortice pini faciunt; nonnulli etiam ex ladano, certóque ſubſequuturum pecus affirmant. Sunt etiam qui centumnodiæ ſuccum cum vino bibendum dant.* Aliis *magis arridet vſus ſubſequentis cataplaſmatis, quod citra periculum, aut noxam aliquam fœtum mortuum educere affirmant.* Recipit *autem folia cupreſsi mollia, in aqua decocta, diligenter contrita, ita vt cataplaſmatis debitam adipiſcantur conſiſtentiam; deinde impoſita vmbilico faſcia circundant, ac puerperæ mandant vt ſe in ſella componat ad ſomnum, breui temporis interuallo ſubſequuturum mortuum fœtum. Verùm ſi hac via liberari non poteſt mater mortuo illo pondere, inſtrumentis ad id comparatis illud tentabimus, adhibendáque ea curatio eſt, quæ inter difficillimas meritò recenſeri poteſt: nam & ſummam prudentiam moderationémque deſiderat, & maximum periculum affert. Oportet enim mulierem ante omnia reſupinam tranſuerſo lecto ſic collocari,*

Digitized by Google

collocari, vt feminibus eius ipſius ilia comprimantur, ita vt imus venter in conſpectu medici & obſtetricis ſit, & infans ad os vuluæ compellatur, quæ emortuo partu id comprimit, ex interuallo verò dehiſcit paululum; hac igitur occaſione vſus medicus, manum oleo ſeſamino aut liliaceo, aut mucagine ſeminis lini, & fænugræci inunget, ac vnctæ manus digitum indicem primùm immittet, & eadem occaſione etiam alios donec tota manus intus eſſe poſsit: ad cuius rei facultatem multum poteſt & magnitudo vuluæ, & vis neruorum eius & corporis totius habitus, ac mentis inprimis robur, præſertim quum intus duæ nonnunquam manus indi debeant; vtrinque autem aſtare debent peritæ ac robuſtæ mulieres, quæ illam manibus fortiter retineant, aut alligent, ita vt attracto partu, eodem tractu etiam ipſa trahi nequeat, ac primùm duæ, aut tres buccellæ panis in vino intinctæ, offerantur ad arcendum animi deliquium; & in ipſo opere aſsiduè facies irroretur vino. Emortuo igitur corpori manus iniecta, protinus habitum eius ſentit, qui ſi capite vuluæ os contingit, vnco ſtatim apprehendendus eſt, atque attrahendus: neque in directum tantùm hîc ducenda manus eſt, ſed etiam hac & illac in obliquum agitanda, non ſecus quàm ſi dentem radicitus euellere conemur: vncus autem hic vndiq;


leuis




læuis ſit, ac acuminis breuis; qui vel oculo, vel auri, vel ori, interdum etiam fronti, & mento recto iniicitur; deinde attractus rectè infantem educit. Eius autem typum quendam ſtudioſis ob oculos ponere, fuit animus, vt alia quæuis in vſum applicare facilius poſſint.

Cæterùm ſi caput ὑδροκεφαλίᾳ diſtendatur, cuiuſmodi fætum Goudæ anno 1562. videre contigit in vtero matris mortuum, cuius capitis moles, reliquum corpus ſuperabat, ſcalpello, quod σκολοπομαχαίριον vocat Ægineta, aquoſus ille humor educendus eſt.

Et ſi natiua moles capitis liberationem prohibeat, quouis modo confringenda, minuendáque eſt, idq́; aut forcipibus, quales almiſolach vocant, aut alio quouis modo tentandum: ſic reliquæ corporis particulæ





particulæ ſi maiores ſint, quàm vt commodè duci poßint, abſcindendæ auellendæq́; ſunt; ſi verò clunibus, aut altero pede, aut brachio vuluæ immineat, ante eductiones eadem hîc facienda ſunt, quæ in laborioſo partu præcepimus. Ceterùm vnci prædicti vſus non vbique conuenit, nec quolibet tempore illo fœtus extrahi debet; ſiquidem ſi compreſſo ore vuluæ id tentetur, infans non emittitur, ſed facilè abrumpitur, quo fit vt vnci acies in ipſum os vuluæ impingat, vnde neruorum diſtenſio, aut ingens mortis periculum ſubſequi ſolet. Compreſſa igitur vulua conquieſcere, hiante leuiter trahere oportet, & per has occaſiones paulatim eum educere.

Trahere

Digitized by Google


Trahere autem dextera manus vncum, ſiniſtra autem intus infantem ſimul ipſum dirigere debet. At ſi compreſſa maneat vulua, nec vlla ſpes ſit eam ſuopte motu laxatum iri, inſtrumentis aperienda erit, in quem vſum ſpeculum matricis vocatum excogitarunt, & quod apertorium appellant, quorum extrema oleo, aut linimento quale antè deſcripſimus delinita naturalibus indunt, & ſenſim diducunt, ac per occaſionem aut vnco, aut roſtro anatis, aut coruino ad fœtus eductionem vtuntur.

Fœtus autem mortuus poſtquam protractus eſt, vni ex aſtantibus tradendus eſt, qui eundem ſupinis manibus tenere debet: medicus deinde ſiniſtra manu leniter vmbilicum trahat, ita vt ne abrumpatur, dextráque manu eum ſequatur vſque ad eas quas ſecundas vocant; hiſque omnibus apprehenſis, venulas, membranulaſq; omnes ea ratione manu diducat à vulua. Quòd ſi forte ſecunda ſubſequi recuſet, hîc vt in aliis partubus, filum ad manum habere oportet, arreptúmque ſubitò vmbilicum deligare, femoribúſque annectere.

CAPVT

Digitized by Google


Apertorium Matricis.



I

Digitized by Google


Speculum Matricis.



I

Digitized by Google

Roſtrum Anatis.




Digitized by Google

CAPVT XXIIII.

Cæſonum eximendorum ratio.

AT *contra ſi contingat matrem periclitari, puerulum contrà valere, quod ex pulſu & ſubſultationibus coniicies, tum demum poſthabita illius ſalute, huius tantum cura habēda eſt.*



Principio

Digitized by Google

principio igitur conuenit, morientis os, & infra genitalia cum matrice aperta, & recluſa ſeruare, quo per ea & vitalem ſpiritum partus capere, & anhelitum reciprocare poßit; deinde reclinatæ hypochondrium ſiniſtrum ſectione in tranſuerſum facta nouacula incidemus atque aperiemus: dexterum enim latus non ita liberum propter ſubiectum hepar, quod in eo ſitum habet, ingreſſum incidenti præbet.

Cæterùm leniter tantùm, nec profundè inciſio hæc ducenda eſt, ita vt peritonæum non penetret; ſic enim fieret, vt inteſtinum aliquod attactu vitiaretur: ac deinceps raſorium cultellum ita admouemus, vt ſumma cuſpide peritonæum incidamus, cuius partem aliquam immiſſis ſiniſtræ manus digitis eximemus, ſenſimq́ totam manum vulneri immittemus ad matricem vſque, inteſtina ſurſum paulatim attollentes; tum ita dirigenda ſiniſtra manus eſt, vt aditum inciſioni matricis præbeat: quæ ſanè ſumma cura & diligentia obeunda eſt, quum incerta ſit matricum ſpißitudo æquè ac magnitudo, vt antè dictum eſt: periculum enim alioqui eſſet, ne penetratis ſtatim matricis tunicis, infans ſcalpelli cuſpide læderetur. Porro vbi eximendi pueri tempus iam eſſe perſpexerimus, ita eundem excipiemus, vt eius ſpina tota palmæ noſtræ incumbat, atque extenſæ manui

Digitized by Google

& carpo inſidat: atque id vnicè cauendum moneo, ne aut pedibus, aut brachio, aut thorace, aut capite, aut ventre comprehendamus, id enim ſine periculo vix fieri poteſt. Et ſi multis variiſq; laboribus iam exectus infantulus à mortuo parum differre videbitur, ita vt circa parietalia dicta oſſa in eo quem fonticulum vocant nihil moueri, aut attolli ſentiamus, primis digitis infantis vmbilicum quoad fieri poteſt molliſsimè attractabimus, ac modicè comprimemus, vbi ſi ſpiritus aliquid ſuperſit, pulſum arteriæ percipiemus: At qui hoc modo naſcuntur, cæſares, aut cæſones appellantur. Publius autem Scipio, ſicut docet Plinius, Romæ primus cæſar fuit. At ſi contingat mulierem geminos geſtare, quorum alter quidem viuat, alter mortuus ſit, ſumma induſtria cauendum ne in mortui extractione (is ſiquidem ferè ſemper prior emergit) viuus afficiatur, quare quantumuis ferreorum nonnullorum inſtrumentorum formam & vſum iam antè tradiderimus, quum artificioſa manuum contrectatione certius nihil ſit fideliuſq;, non temerè, & leuiſsima quauis de cauſſa admiſerimus: eſt enim, vt diximus, curatio hæc quæ inter difficillimas meritò numerari poteſt. Hîc igitur omnia obſeruanda monemus, quæ in fœtus mortui extractione præcepimus, ſiquidem pulſo illo mortuo pondere è foribus,

Digitized by Google

alter ſua ſponte nonnunquam, minimaq́; moleſtia erumpat, carceriſq́; vincula diſſoluat, vehementiora tamen, qualia ſunt aut peſſi aut ſuffitus, & ſimilia non temere vſurpanda cenſeo, quia præterquam quod mortuum partum ſollicitant, viuum etiam interimere dicantur. Dabimus igitur primum aut dictamni, aut ſaluiæ, aut marrubij, aut tuſsilaginis ex vino decoctum, cui momentũ myrrhæ ſit adiectum, & ſi nihil promouerimus, ſenſim ad fortiora digrediemur. Verùm qui iam dicto modo naſcebãtur, Vopiſcos appellabat antiquitas.

CAPVT XXV.

De embryonis in lucem editi educatione.

RELIQVVM *eſt, vt quum naturæ admirandam induſtriam in educatione embryonis in vtero materno, ac demum laborioſum eiuſdem partum enarrauerimus, eiuſdem non minorem ſagacitatem in iam editi nutritione contemplemur. Quum igitur ſanguinem embryoni alimoniam ſubminiſtrare dixerimus, neceſſe fuit, vt eiuſdem temperiei ſeu naturæ iam nato nutrimentum exhiberetur. Impoſuit igitur ſummus ille rerum omnium conditor, non ad decorum ſolum, vt vulgus exiſtimat, ſed ad generis humani neceſsitatem quandam, pectori vbera, tum vt*

Digitized by Google

tum vt cordi præſidio eſſent, ipſum ſubiectum fouentia pariter calore, & contegentia, reciprocum quoddã licet exiguum beneficium ipſi retribuentia; ab eo enim incaleſcentia, mutuum ei calorem retribuunt, tum vt recens nato puerulo alimonia hinc commodiſſimè ſuppeditaretur; ſunt enim ea conſenſu quodam prædita cum menſtruis, & matrice, vt propius inſpicienti perſpicuum eſt: nam vulua adhuc parua exiſtente, illa vix extuberant; atqui quum hæc ita excreuit, vt virum admittere poſſit, ſuſtolluntur illa viciſſim, ac velut in duos colliculos exurgunt; & ſicut vulua ſemen perficit, ita mammæ ad fœtum alendum lac parant; menſibus porro procurrentibus, euaneſcit lac: vbi verò lac in mammis eſt, purgationes menſtruæ nullæ apparent, quemadmodum etiam in iis quæ anus ſunt. Contracta etiam vulua, mammæ quoque quodam modo contrahuntur, & areſiunt. Sunt & duæ matrices mammarum numero correſpondentes, vuluæ ſinus vocant, quod oſtenſum voluit Hippocrates eo aphoriſmo quo dicit; Mulieri vtero gerenti ſi altera mamillarum gracilis fiat geminos habenti alterum abortit, vt ſi quidem dextera gracilis fiat, maſculum; ſi verò ſiniſtra, fœminam: vnde vterum nonnulli à duplici ſinu δίκολπον, animalium verò quæ multos pariunt, πολύκολπον hoc eſt multiſinuatum, vt ſic dicam, vocauerunt.

Digitized by Google

Vuluæ igitur officium eſt ſemen excipere, ac fœtum abſoluere, mammarum autem in lucem editum nutrire. Iam eandem eſſe affinitatem cum menſtruis, vel hinc eluceſcet, quòd eis non probè fluentibus, aut intemperie, aut alio quouis modo ſuppreßis, ubera vel ipſis virginibus, quanquam rarius, lacte impleri cernamus, vt docet Hippocrates: nam ſi mulier, inquit, quæ neque grauida eſt, neque peperit, lac habet, huic menſtrua defecerunt; conuertitur enim materia, vt vult Auicennas, quæ non inuenit virtutem expellentem per matricem propter paruitatem ipſius, & peruenit in vbera, fitque lac. ſunt igitur mamillæ mulieribus datæ lactis cauſſa, vt illo donec ad ſolidioris cibi concoctionem idoneus ſit, infans vtatur. Generatur autem naturaliter, & ſuo tempore lac in iis quæ vtero gerunt, ex ſanguine qui ad ubera fertur, & inde ab adenibus qui inibi ſunt in lac tranſmutatur; nam ſicut in aliis animalis partibus virtus eſt alteratiua, vt teſtatur Galenus, per quàm aßimilat alimentum ſibi ipſi, ſic etiam in mammis ſunt adenes, qui vim habent id quod ad eos influit alterandi; at hi quum natura exangues & albi ſint, proprium, & ad ſibi ipſis ſimilem ideam efficiunt humorem, talem qualis eſt lac, quãdo plus alimenti ad nos defertur. Corpore igitur exiſtente ſano, fieri non poteſt, vt menſtrua

Digitized by Google

fluat purgatio, & lacte abundent mamillæ: quanquam in nonnullis ſanguine abundantibus à partu animaduerterim. Atque hinc non ſatis admirari poſſum tenellas iſtas mulieres, & in Sardanapali grege enutritas; quæ vixdum excluſum infantulum aliis educandum elocant, feris mehercule immaniores; ſi enim Indica tygris, pantheræ, & id genus immaniſſimæ feræ, enutriendis catulis omnem diligentiam impendunt, ſi auiculas vberibus carentes dulces pipionum aut pullorum ſuſurri delectant, pudeat nos quibus vel ſcintilla rationis ſupereſt, proles, maximum à Deo. Opt. Maximóque donum mortalibus, ignotis vt alienas exponere, non conſiderantes animi mores corporis temperaturam ſequi? ſi enim qualis eſt ſanguis, talis ſit & ſpiritus, & rurſus hunc imitetur anima, procul dubio conſequens erit infantulum nutricis temperiem non ſolùm, ſed & mores imitari: nam ſicut hædi ouillo nutriti lacte pilum gignunt teneriorem, & agni lacte caprarum educati lanam ferunt duriorem, ſic nati matribus alienis (non poſſum enim magis appoſitè dicere) educati, à propriarum matrum natura plurimum diſcrepant, quod apertè demonſtrat poëta, quum dicit.

Hyrcanæq; admorunt vbera tygres.

Et Theocritus, ἤ ῥα λεαίνας

μασδὸν

Digitized by Google

μαστὸν ἐθήλαζε, δρυμῷ τέ μιν ἔτρεφε μήτηρ.

hoc eſt

Scilicet ille leænæ
Vbera ſuxit, & in nemore hunc genitrix fera pauit.

Nam quod impotentiam quandam enutriendi infantulum fruſtrà incuſent, eſt ſubterfugia querentium: ſi enim concipere, & in vtero conceptum in lucem edere potuit, quid tandem obſtabit, quin eum genitum iam ſuis huberibus alat? quum vteris & vberibus communes quaſdam venas eſſe, iam antè dixerimus, ídque omnibus plus ſatis notum ſit? Huc adde admirandam naturæ, hoc eſt, Dei hîc vt in omnibus aliis prouidentiam, qui non ſingula, ſed bina pectori vbera addidit, vt vno malè affecto, aut alioqui exhauſto, ex altero alimonia ſuppeditaretur, præſertim quum prærogatiua quadam excellentia mater nutricibus præferenda ſit, ſi Plinio credimus, qui lac fœminæ haud corrumpi alenti partum, ſi ex eodem viro rurſus conceperit, arbitratur. Nolim tamen inficias ire, eſſe nonnullas quæ longis morbis extenuatæ, papilliſue deficientibus, aut exilioribus, aut alia de cauſſa vel inuitæ cogantur proles elocare: ſed hîc opus, hîc labor eſt, quibus enutriendis committas; paucis igitur perſtringendum eſt cuiuſmodi nutrix eligenda ſit.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XXVI.

De nutrice.

DIFFICILE dictu ſit, qua prouidentia veteres illi connubia coniunxerint; nam non ſolùm temperaturarum, ſed & anni temporum, atque adeo ipſorum dierum nonnunquam, habebant rationem: ſciebant enim quòd quæ miſcentur in generatione, debent quandam naturæ conuenientiam habere, nam quorum natura à ſe mutuo magno diſtat interuallo, licet coëant aliquando, non tamen generare quicquam poſſunt. Ideóque non mediocris ars eſt, inquit Galenus, qua viros, & fœminas temperamento inter ſe conuenientes iungere ſcias, nempe vtero ſicciori familiarius ſemen eſt humidius, humidiori ſiccius, calidiori frigidius, & calidius frigidiori. Præterea quemadmodum ſcribit Heſiodus in libro cui titulum fecit Opera & dies, proles præſtantior eſſe olim putabatur, quæ hyemis initio gignebatur, deterrima quæ æſtate. Ad maſculinam conceptionem aptum eſſe diem menſis decimum, decimumſextum, vigeſimum; ad fœmininam decimumquartum, ad vtranq; nonum, nuptiis verò conuenire quartum. Propterea obſtetricibus olim id incumbebat oneris, vt eos coniungerent, qui rempublicam plurima optimáq; indolis prole

locuple-

Digitized by Google

locupletarent, ac demum parturientibus ſalutari præſidio & ſubuenirent, & partum promouerent, enixas iam fouerent, fœtum excluſum, & in lucem editum exciperent, eumque à ſordibus mundum enutriendum curarent, matri quidem primùm, ſi proba, pudica, & honeſta eſſet; nutrici contra, ſi aut dolore partus enecta eſſet mater, aut alioqui non ſatis morata: Putabant enim quod à teneris imbibebatur alimentum corporis temperamentum effingere, ac nouam quaſi indolem imprimere, eamque temperiem, & naturam in multos annos perſeuerare, quæ à teneris ſemel imbuta eſſet. Nam ſi Ariſtoteli conſuetudo rectè altera natura cenſetur, non parum refert quibus iuuenes aſſueſcamus moribus, quod ſatis inculcat Satyricus dicens:

Nil dictu fœdum, viſúque hæc limina tangat,
Intra quæ puer eſt, procul hinc, procul eſte puellæ
Lenonum, & cantus pernoctantis paraſiti:
Maxima debetur puero reuerentia, ſi quid
Turpe paras, nec tu pueri contempſeris annos,
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.

Non immeritò igitur veteres illi rigidiſsimi morum cenſores in eligendis obſtetricibus, & nutricibus, curam & diligentiam adhibuerunt, vtpote à quibus totius Reipublicæ ſtatus, ſi rē propius intueamur,

Digitized by Google

intueamur, dependeat. Quum igitur temperaturam mores ſequi paßim doceat Galenus, eligenda erit quàm temperatißima nutrix, qualis ſanè erit ſi lato pectore, extuberantibus amplisq́ mamillis, iiſque teretibus, ac ſcitè formatis ſit, toto corpore bene habito, probéque carnoſo; præterea ſi exercitiis aſſueta, ídque potißimum circa ſuperiores partes; vt videlicet eædem incaleſcant, ac ſanguis eò trahatur. atque ob id ruſticas præferre ſolent vrbanis, quòd videlicet hæ ocio, & ſedentariæ vitæ aſſuetæ excrementitiæ magis ſint: nam & exercitij ratio habenda eſt, vt lac egregiè temperatum ſit, quale certè erit, ſi ſanguis eius quàm optimus ſit: atque is porrò talis eſt, qui nec flaua abundat bile, nec atra; & qui nec pituitoſus, nec ſeroſus, nec aquoſo humore permiſtus ſit. Naſcitur autem talis ſanguis ab exercitatione moderata, & cibis tum boni ſucci, tum iuſto tempore modóque aſſumptis, præterea potione tempeſtiua, modicéque ſumpta. ſed neque horum ſolùm modò habenda eſt ratio, verùm etiam vt quàm optimè formata ſit, nam ſicut ægra, ægrum; inſana inſanum, ebria conuulſioni præparat, atque debilitat, & ebrium, ac intemperantem facit, ita luſca luſcum facere dicitur non lacte, ſed intuitus conſuetudine. Plurimum nanque poteſt nutrix, & ad mores, & ad corpus efformandum: nam

quæ

quæ nigris oculis eſt, infantis oculos, etiamſi albi fuerint, denigrare dicitur. A Venere autem in totum abſtinendum eſſe ei quæ lac præbet, monet Galenus: nam & menſes viri conſuetudine prouocantur, & lac odoris gratiam in deterius mutat, quin etiam aliquæ in vtero, quo alienius nihil à puello lactente eſt, concipiunt, tum enim quicquid eſt optimi ſanguinis in fœtum abſumitur, quippe is quum proprium in ſe vitæ contineat, & huius moderamine agitur, & aſsiduè ſibi conueniens alimentum trahit, vtero verò ipſi veluti radici adhærens, nec vſque ab eo nocte diéque diſcedens, interim non minor modò, verùm deterior etiam redditur rationabiliter ipſius grauidæ ſanguis. Abſtinendum præterea cenſeo ei quæ lac præbebit, à calidis ſiccíſque cibis, quod ſanguinem & lac bilioſiora reddant, eáque minuant, ni fortè pituitoſæ ſint, quibus non ſine magno adminiculo adhibentur, præſertim viridia, cuius generis ſunt apium, petroſelinum, aſparagi, & ſimilia. Quòd ſi dolore aliquo exagitatus ploret infantulus, non minimum ipſi dolori lenimen erit, ſi papillam ori indat, ſiquidem tria hæc doloris infantum remedia nutricibus ipſo vſu edoctis inuenta videmus. vnum quod modò retulimus; & altera duo, motum videlicet mediocrem, & vocis modulationem, quorum perpetuo vſu

non

non ſolùm mitigant dolores, ſed etiam ſomnum conciliant; vel hoc ipſo teſtificante natura, eos ad exercitia, & muſicam ſuopte ingenio eſſe propenſos, quemadmodum etiam à ſordibus & immundicia planè abhorrent, ſicut docet Galenus, qui oblato quodam puello plorante totum diem atque irato, ac immodicè ſeſe inordinatéque iactante, nutrice ipſa omnis conſilij inope, deprehendit quod offendit, quippe vt neque papilla in os immiſſa, neque à nutrice prolatus, ſi forte meiere vellet, aut aluum exonerare vellet, lenitus eſt: ſed quum nec ab vlnarum agitatione reclinari cœptus eſt, aduertit tum lectum, tum inuolucra, tum veſtes ipſas eſſe ſordidiores, præterea ipſum immundum, atque illotum. Loto igitur, deterſóque infantulo, lectulo mutato, veſtibus terſis, mundíſque exhibitis, protinus ab immodico agitatu conquieuit, ilicóque dormiuit, non ſuauiſſimum modò, ſed & profundiſſimum ſomnum. Cæterùm ſolo lacte veſcetur puellus, quo ad priores dentes emiſerit, quo tempore eum ſolidiori quodammodo cibo aſſuefacere conueniet, quod etiam experientia prorſus doctæ mulieres faciunt, primùm panem, mox legumina, & carnes, & ſimilia omnia prius manſa puellorum oſculis immittentes.

Digitized by Google

CAPVT XXVII.

Lactis boni contrarijve notæ, ex Galeno.

PVEROS *humida, calidáque victus ratione reſici docet Hippocrates eo aphoriſmo quo dicit, Victum humidum febricitantibus utilem eſſe, præcipuè verò puellis, & his qui tali victu vti conſueuerunt: pueri enim ſunt cæteris ætatibus temperamento humidiore, ita eorum ſubſtantia ocyſsime difflatur; quare & alimento temperatè calido, & humido copioſiore ad incrementum indigent, quale inter reliqua potiſsimùm lac eſſe cenſemus. Cæterùm id guſtu, odoratu, ac viſu diligenter explorandum, conſyderandúmque monet Galenus. ſiquidem quod optimum eſt, id guſtanti, olfacientíque planè ſuaue eſt, intuentíque candore ſplendens, æquabile, ac liquidi craſſiq; medium apparebit: Quod vitioſum eſt, aut craſſum, caſeoſum, aut liquidum & ſeroſum, ac liuidum, tum conſiſtentia ipſa, coloréque planè inæquabile videbitur, idem guſtantibus amarorem quendam, aut ſalſedinem, aut qualitatem aliquam extraneam exhibebit, ac neque olfacienti ſuaue erit. Atque hæc quidem lactis probi improbíue ſunto indicia: quibus diligenter animaduerſis, quoties vel concepit mater, vel morbo*

Digitized by Google

aliquo eſt affecta, ad aliam nutricem, quæ iudicio, delectúque procuretur, feſtinandum cenſeo. Sunt qui lactis probitatem pilo experiantur: ſiquidem ſi pilus lacte madens ſuſpendatur, & lac delabatur, defluátue, & vni alicui particulæ guttula cohæreat, lac reprobandum cenſent: at ſi totum pilum circumſidat, optimum eſſe confitentur. Alij per coagulum concretum digitis exprimunt; deinde ſeri & coaguli menſuras expendunt.

CAPVT XXVIII.

De menſtruis.

SOLVM *animal menſtruale, inquit Plinius, eſt mulier: hanc autem purgationem futuram præſagiunt mammarum pruritus, lumborum, pectinis & capitis dolor, bilis aut pituitæ vomitio. Non tamen omnibus eodem tempore, eadémque menſura, & per totidem dies prodeunt, nec ante trigeſimum quintum, & ſerius quàm quinquageſimum deſinunt: rariſſimè enim ad ſexageſimum annum menſtruæ purgationes perueniunt, deficiunt autem citiſſimè in pinguibus corporibus. Cæterùm ſanguis qui profluit, copia paulatim vſque ad ætatis vigorem augeſcit; deinde aliquamdiu ſeruans æqualitatem, paulatim aut creſcit, aut imminuitur. Deinde, vbi ad finem tendit, magis ac magis imminuitur, donec in*

Digitized by Google

totum deſinat. Verùm quemadmodum ſuperuenientibus menſtruis ſpeculorum fulgorem ſolo aſpectu fœdari dicunt, atque iis guſtatis in rabiem agi canes, atque inſanabili veneno morſus infigere, menſtruoſarumq́; ſuperuentu aceſcere muſta tactáſque fruges ſterileſcere (quanquam Realdus Columbus tanquam futile, vanumq́; commẽtum hoc reiiciat) inſitas emori, exuri hortorum germina, & fructus arborum quibus inſedere, decidere. Nam Columella libro De re ruſtica vndecimo, Cuſtodiendum eſt, inquit, vt quam minimè ad eum locum, in quo vel cucumis vel cucurbitæ conſitæ ſunt, mulier admittatur: nam fere contactu eius langueſcunt incrementa virentium: ſi verò etiam in menſtruis fuerit, viſu quoque ſuo nouellos fœtus enecabit. Ita eadem retenta, nec ſtatis temporibus pro more erumpentia, varios caſus variáque ſymptomata pro patientis natura conciliare ſolent. Cæterùm iiſdem carere aut naturale omnino eſt, aut præter naturam: nam ſi nulla hinc moleſtia mulier, vel totius corporis, vel vteri afficiatur, naturale eſt. & quantum ad ætates attinet, vt diximus, infra decimumquartum annum, & vltra quinquageſimum menſtruæ purgationes non fiunt. Mulieres etiam calidioris temperiei & fortibus exercitiis vtentes, & agreſtes, parum purgantur. Quando igitur plus

Digitized by Google

iuſto mulier calida fuerit, ſiue ob naturalem temperiem, ſiue ob exercitiorum exceſſum, menſtruis carebit purgationibus: ſicceſcit enim corpus multo calore, & calida temperatura optimè cibos concoquens, nihil ſuperflui in toto corpore relinquit. Contingit etiam interdum menſes ob nimiam pinguedinem, vel gracilitatem ſupprimi: pingues enim reliquis magis exangues ſunt, minimaſq; venulas habent, & ſanguis qui in ipſis eſt pauciſsimus, ferè in pinguedinem tranſit, graciliores verò, ob diuturnum aliquem morbum extenuatæ, nihil prorſus ſuperflui ſanguinis habent. Siſtuntur & iis menſes quibus ſanguis craſſus, viſcoſuſq; eſt, & quibus ad alia loca defertur, velut ad nares, & hæmorrhoides: Nam & nos Furnis ciuitate Flandriæ occiduæ Anno 1549. mulierem nouimus, cui quum fortè fortuna eliſus dens molaris eſſet, ſoliti alioqui fluere (quod ſupra communem hominum fidem eſt) menſes intercipentur, natura noxium fæculentumq; illum ſanguinem aliò propellente, quando ex eliſi dentis vulnuſculo ſingulis menſibus ſanguineus quidam gurges, menſtruæ purgationi correſpondens, efflueret. Sed & thorace ſanguinem reiectantibus, & quibus ex venæ ſectione multus ſanguis euacuatus eſt, menſes ſupprimuntur. Quinetiam reliqua excretionum genera, ſæpe faciunt vt menſes

Digitized by Google

menſes intercipiantur; velut eſt multus ſudor, alui profluuium, vomitus. Sunt etiam quæ ob plenitudinem non purgantur, quibus venæ ſectio commodiſsima eſt: Quin & vterus ipſe non rarò in cauſſa eſt, vt fluxio hæc intercludatur. ſiquidem ſi eiuſdem ceruix diſtorta ſit, dura, macilenta, aut inflammata, reſoluta, aut perfrigerata, aut diſtenta, procul dubio menſtruam purgationem impediet. Porrò quæ conſueto modo non purgantur, totius corporis grauitati obnoxiæ ſunt, nauſeæq́ ac faſtidiis, & horrendis quibuſdam diſcurſibus, velut in his quæ conceperunt, ac ſanguinis reiectationis, ac ſiderationis periculum eiſdem imminet: doloribus etiam circa lumbos, collum, femora, ſinciput & oculorum radices vexantur; & quædam in melancholiam vel inſaniam labuntur: vrinæ nigræ ſunt, cum rubicundo quodam, ac ſanioſo humore; nonnullis etiam aqueæ prorſus. difficultatem item, ſtillicidiumq́ vrinæ patiuntur. Ad menſes igitur prouocandos tutiſsimum erit plurimis laboribus corpus exercere, diæta attenuante & calefaciente vti, præſertim ſi frigidioris temperiei ſit mulier: id porrò dignoſces, quòd magna ex parte ad ſomnum propenſiores ſint eiuſmodi, atque ad motum pigriores, coloriſq́ albi vel plumbei. Medicamenta igitur eligenda ſunt quæ calore ſuo ſan-

Digitized by Google

guinem diſſoluunt, velut eſt thymi, calaminthes, pulegij, dictamni Cretici, abrotani, iridis, phu, ſabinæ, & ſimilium decoctum. Teſtis etiam dexter pardi, ſi quid aliud, menſes ciere creditur. At quibus ob nimiam ſiccitatem non ſubſequuntur purgationes, ad ſanitatis conſeruationem nullo omnino opus erat remedio, niſi conceptioni aduerſaretur. huiuſmodi igitur humectandæ ſunt, aut aquarum dulcium balneis, aut humidiore, vberioreq́ cibo; qualis eſt hœdi agnique caro, atque porcellorum recens non ſalſa. Quòd ſi pinguior ſit quàm natura ferat, attenuante victus ratione vtatur; ſin ob maciem ex quacunq́ cauſſa ſit, ante omnia corpus reficiendum erit; eiq́ carnem congruo exercitio, moderatoq́ labore reparare oportet: vbi enim carnoſæ fuerint, magna ſpes eſt menſes ſponte erupturos. Serenus Sammonicus ſolo pulegij ſucco menſes prouocari author eſt:

Sed ſi fortè cruor, *inquit*, clauſa cũctabitur aluo,
Pulegij calido purgatur fœmina potu,
Aut molles nepethæ, aut rutæ quæcunque bibantur.

Alij peſſo ex ceruina medulla ſindoni mundæ inuoluta, & impoſita, idem ſibi pollicentur: alij ex puluere ariſtolochiæ rotundæ cum melle ſubacto ad eundem vſum peſſos concinnare malunt.

Caſtoreum

Digitized by Google

Caſtoreum nonnulli etiam in vetulis prouocare menſes, mordicus affirmant. Actuarius vmbilicare, aut ἐπομφάλιον *dictum medicamentum deſcribit, quod ventri aut lumbis admotum menſes ciet, vaſorúmque exolutione remoratos partus euocat: recipit autem abſinthij, ſucci radicis cyclamini, medullæ colocynthidos ſingulorum ℥x. radicis ſylueſtris cucumeris, radicum artemiſiæ ſiccarum, elaterij, ſingulorum drachmas ſex: farinæ lupinorum, chelidonij, ſeminis violæ candidæ, ſingulorum ℥vj. lachrymæ panacis ſiciliquum, hoc eſt ℥ij. ceræ ℥. centum vel quantum ſatis videbitur. Alij ſuccum cyclaminis imo ventri illitum idem præſtare aſſerunt: alij rurſus per ſuffitum ex trochiſcis de myrrha idem experiuntur: ego oleum ſublimationis ſeminis ſeſelios in hoc caſu ſummè commendatum habeo; adeò vt non ſolùm menſes, ſed & ſecundas remorantes ſi ℥. vnius aut ſeſquidrachmæ pondere bibatur, pellere poſſe credam.*

CAPVT XXIX.

De menſium ſtillicidio, eorumque nimia purgatione.

AFFICITVR *interdum vterus morbis veſicæ affectibus planè ſimilibus: ſic menſium ſtillicidium, aut ſubſtillum vocamus, quoties*

Digitized by Google

grauiſsimo dolore vteri intimas partes vexante, ſanguis ſtillatim prodit. Quinque autem ſunt ſtillicidij cauſæ ſpecie diuerſæ, meatuum anguſtia diuerſimodè contingens, virium debilitas, ſanguinis multitudo, ſanguis item aut pituitoſus, aut fæculentus. His igitur ſingulis quoties impedimento fuerint, ſuccurrendum eſt, ita vt multitudinem euacuemus, craſsitudinē attenuemus, vires firmemus, & meatus dilatemus. Anguſtiæ tamen cauſam inquirere oportet, eamq́; auferre; cauſis enim ſublatis, libera purgatio ſubſequetur. Immodicæ autem purgationes mulieribus oriuntur, interim menſibus, aut confertim, aut concitatius erumpentibus, interim ob partus grandiores, quæ plerumq; ſua ſponte ceſſant. Crebro etiam abortiui fœtus cauſſa vehementi profluuio corripiuntur, vt ſubinde periculum accedat. In primis igitur extremi artus ab aliis vinculis excipiuntur: hîc tamen primò conſideranda eſt erumpentis ſanguinis multitudo, & delationis modus: amplioribus enim vaſis ruptis aut apertis, magna ſanguinis copia confertim prorumpit, à minoribus verò vice verſa: At ab eroſione paulatim, & cum maximo dolore prodit. Conſequitur autem immodicum menſtruorum fluxum decoloratio, aliquando cum febre, aliquando citra febrem, appetitus proſtratio, difficilis concoctio, ſæpe

etiam

Digitized by Google

etiam pedum, ac totius corporis tumor. Ad compeſcendas has menſtruas eruptiones, auſterorum & aſtringentium vſus planè neceſſarius eſt, abſtinendumq́; in totum vino, præterquam auſtero. Nam & cataplaſmata, & epithemata aſtringente vi prædita, foris applicata iuuant; ſicuti etiam liquores per metrenchiten iniecti matrici: ſic Galenus, Noui, inquit, per quatuor aliquando dies ſanguinem ab vtero manaſſe, & ad nullum auxilium ceſsiſſe, & tandem à nobis plantaginis ſucco ſuppreſſum eſſe: quãtitas autem eius iniiciendi ſit cyathi menſura. Compeſcunt etiam manantem ſanguinem, balauſtium, coagula hædinum, vitulinum, leporinum, agninum, ceruinum, & hinnulinum, acacia, hypocyſtidos ſuccus, bolus armenus, cornu ceruinum vſtum ex aſtringente aliquo liquore lotum, & hauſtum, equiſeti folia, & ſimilia. Leues etiam cucurbitulæ & magnæ frequenter citra ſcarificationem ſubter mamillas affixæ abundè retrahunt; alij tamen non hîc, ſed dorſo & alis applicant. Plinius corticem ſuberis tritum ex aqua calida potum ſiſtere ſanguinem ex vtralibet parte fluentem author eſt: atque idem affirmat Sammonicus, quum dicit,

Menſtruus immodico ſi profluit impete ſanguis,
Succida lana malos remoratur ſubdita fluxus.


Digitized by Google

Mortua quin etiam ſubducit corpora partu,
Sed quacunque fluit vis immoderata cruoris,
Suberius cortex calidis potatur in vndis,
Antè minutatim ſtudio vincente terendus.

Idem quoque facit thuris cortex, & lyſimachiæ ſuccus in peſſo ſubditus, hæmatites, atq; oſtracites lapis drachmæ pondere ex vino potus. Vini quoque fex imo ventri ac pudendis illita. Tanquam amuletum autem prodeſſe dicuntur, morochtus lapis in vellere inditus, item iaſpis & corneolus lapis geſtatus: Rhazes ſuſpendere iubet mammis ſacculos cinere ranæ maioris plenos. Apuleius, ad profluuium mulieris, Herbam rutam circumſcribe, inquit, auro, argento, & ebore, & ſublatam eam alligabis infra talum. Priſcianus ad idem de capillis ipſius mulieris qui excidunt quando ſe ornat cum mataxa facit in medio nodum, & in arbore quacunq; pomifera liget de ipſis capillis vnum nodum, quos capillos illic relinquat in arbore aliena, mulier manifeſtè ſanatur, arbor autem areſcit: remedio, vt ait, experimentatum eſt. Villanouanus ſuffitum ex vngula mulæ ſuper carbones poſita prodeſſe teſtatur, ſed ſpem conceptus proximè inſequente menſe intercipere. Ioannes Matthæus de Gradi idem ex ſtercore aſinino facit: quem & Nicolus Florentinus ſequitur. Succus etiam vrticæ femo-

ribus

ribus illitus menſes reſtringere creditur; quod ego in frigidis liquidiſq́ꝫ potiſsimùm operari putauerim. Atque hæc ſufficiant: verùm quoniam hîc mentrenchites mentionem fecimus, quòd eius vſus in omnibus ferè vteri affectibus vbi liquor aliquis vuluæ infundendus eſt, ſit neceſſarius, formulam eius hîc depictam volui, idq́ꝫ vt maiori dehinc diligentia obſtetrices inſtrumenta ad hyſtericos affectus neceſſaria in promptu, & ad manum habeant, quibus non ſine laborantium malo hodie multæ carent. Auicennas libro 3. fen 21. tractatu 2. capite 13. vult extremitatem eius eſſe triangularem, longitudine pudendo virili correſpondentem, vt id quod infunditur promptius in matricem deferatur.



CAPVT XXX.

De fluore muliebri.

COGIT nos materiæ vicinitas de fluore mulieri, quem Paulus ex Ægina medicus vuluæ rheumatiſmum appellat, paucula in medium proferre. Eſt autem recrementi totius corporis diuturna diſtillatio, à menſtrui ſanguinis

eruptione

Digitized by Google

eruptione differens, eo quod in hac ſyncerus ſanguis prodit, in illa verò corruptus promanet. Talem verò ſpeciem id quod euacuatur repræſentat, qualis humor eſt, qui in corpore ſuperabundat: Aliud enim eſt rubrum veluti ſanguinis ſanies, aliud candidum veluti ptiſanæ ſuccus, à pituitoſo videlicet ſanguine promanans, interdum pallidum, quoties bilis amara redundat, interdum etiam aquoſius à ſeroſorum humorum ſuperfluitatibus. Qui igitur exquiſitè colorem aliquem præ ſe fert, is redundantem humorem facilè indicat; ſi verò obſcurum habeat colorem, cauſam eius ſic perſcrutabimur. Linteum eo inquinatum arefactum ſimplici aqua eluemus, & inde à maculæ colore redundantis humoris notionem capiemus. Itaque ſi cum fluore hoc dolor affuerit, venarum exulcerationis, eroſioníſque ſignum eſt. ſymptωmata autem hæc ſubſequuntur: laborans decolor eſt, cibi faſtidium patitur, atque eadem non nutritur, in obambulationibus difficulter ſpirat, oculos habet prætumidos, nunc cum dolore, nunc & citra illum, afficitúrque triſtitia intolerabili, & in aliquibus perpetua deſtillatio perſeuerat, aliquibus per interualla quædam redit. Ætate quidem vigentes rubra fluxio infeſtat, declinante verò alba, & vtraque ſanè fluxio, ſi ſuæ ætati acciderit,

facilè

Digitized by Google

facilè curatur; ſi alienæ, difficulter. Toti igitur corpori auxiliantur, quæ citra manifeſtum calorem exiccant, quum affectus ſit humidus: huiuſcemodi autem eſt frictio, ac medicamina vrinam cientia. Conueniunt tamen hîc purgato corpore aſtringentia: nam fluxu rubro infeſtante à ſanguinis miſsione auſpicandum eſt, albo contra à purgatione, dehinc commodè equiſetum, balauſtium, & hypocyſtin, atque id genus alia exhibebimus.

CAPVT XXXI.

De ſuffocatione ab vtero.

QVONIAM huc deuenit oratio, non ab re fuerit de ſuffocatione ab vtero paucula in medium proferre, quanquam noſtri inſtituti haudquaquam fuerit, ſingula muliebrium affectuum pathemata enumerare. Hæc igitur ſicuti viduas, ac virgines ſine diſcrimine corripit, ita etiam iis quibus menſes ſupprimuntur, & quibus naturaliter fluunt, eſt moleſta. accidit autem quemadmodum docet Hippocrates, quoties vterus hepar petit. Eius porrò inſtantis certa indicia ſtatues, ſi mentis torpor, pigritia, crurum imbecillitas, faciei pallor, dolor in vtero continuus, atque aſpectus mæſtus aderunt. Præſentis autem ægritudinis ſigna ſunt, anhelitus rarus, pulſus

Digitized by Google

arteriarum paucus, curua habitudo corporis, manus ventri ſupra vmbilicum pro deprimenda ſurſum tendente matrice affixæ, intellectus ſine voce viuidus, frigidíque ſudores. Et quod ad anni quidem tempora attinet, quamuis omnibus infeſtet, atque inuadat, hyemi tamen, & autumno peculiarior eſt: mouetur etiam nonnunquam iuxta circuitum ſuffocatio, & ſingulis acceſsionibus præceps affert periculum; habet enim acceſsiones acutas admodum, & periculo non vacantes: nam ſunt quæ in ipſo paroxyſmo, aut ſtatim ab hoc intereunt, aliæ tamen quibus mitiora ſunt accidentia referuntur, quod ex pulſu colligere integrum erit: ſiquidem quibus pulſus crebri ac inordinati ſunt, ac ſenſim abolentur, hæ ferè moriuntur. Hîc igitur ſtatim in ipſo principio reuulſoriis medicamentis vtendum erit, cuiuſmodi ſunt cucurbitulæ citra ſcarificationem dolorificæ poplitibus affixæ; item deligationes extremorum artuum à pube ad talos, eorundémque frictiones. naribus autem admouenda ſunt graueolentia: cuius generis ſunt aſa, caſtoreum, opopanacum, plumæ vulturis imprimis, ac perdicis, ac ipſius patientis crines vſti, quos ceu alexipharmacum quoddam indubitatum omnino remedium afferre contendunt: ſunt tamen quibus curandi ratio hæc ſuſpecta ſit, quòd nimirum

nimirum graueolentia illa, ac fœtore virulento cor afficiant, ac ſyncopis periculum afferant. Quare ea quæ citra periculum aliquod, aut virulentiam graueolent, adhibenda tantùm dicunt; in quo albo cenſentur, rutæ, Zedoariæ, radicis ſcyllæ, ac caſtorei odor. Odoriferis autem, & aromatibus muliebria ſuffienda ſunt: ſuffitus enim aromatum ciet muliebria; in quem vſum parari poſſunt globuli ex ſtyrace calamitide, gallia, & alipta moſcatis, garyophyllis, ladano, & id genus aliis. hac enim curandi methodo vtitur Hippocrates libro De natura muliebri, Si vteri, inquit, ad hepar acceſſerint, muta derepente fit mulier, & dentes conſerit; tum manibus ſubtus depelle, ac infra hepar, & hypochondria mulierem faſcia conſtringito, ac ore aperto vinum odoriferum infundito, naribus graueolentia offer, ſubtus verò aromatibus bene olentibus ſuffito. Vbi Hippocrates vinum per ſe alioqui ſuffocationi ab vtero contrarium, vtpote quòd ſanguinem copioſum, & ſperma gereret, infundere iubet, ſumpta indicatione à virium robore, quæ quum reliquis præpolleat indicationibus, ad earundem robur aperto ore vinum odoriferum infundere iubet. Oritur autem id malum non ſolùm à menſtruorum ſuppreſſione, ſed & ſeminis muliebris retentione: frequentius enim id malum

iunio-

Digitized by Google

iuniores viduas, quæ probè & purgabantur, & pariebant & viri conſuetudine gaudebant, affligit: rarius tamen nuptas, quibus ſuppreſſi menſes ſunt, inuadit. quo fit vt ſeminis muliebris retentionem potiorem ſuffocationis ab vtero cauſſam dicamus, eſt enim vitiato ſemini quàm menſtruis maior vis ad noxam vniuerſo corpori inferendam. ſunt autem variæ accidentium ſpecies, pro multitudinis qualitatíſue ratione, aut menſtruorum, aut putrefacti ſeminis: Interdum enim ſine ſenſu iacent immobiles, cum paruo obſcuróque pulſu, vel omnino ſine vllo, quæ rarò mortis periculum ſubterfugiunt. Nonnunquam etiam ſentiunt quidem, & mouentur, integráque ſunt ratione, cæterùm animi deliquio, & difficili reſpiratione laborant; frequenter verò, & brachia, & crura contrahuntur: noxia enim cauſſa vniuerſum corpus refrigerare potente, adeò vehementer vniuerſum corpus infrigidatur, (eſt enim ſuffocatio ab vtero vniuerſi corporis vehemens refrigeratio) vt & ſpiratio, & arteriarum pulſus nequeant deprehendi: quæ quidem cauſſa ſi craſſa fuerit, vel acris, conuulſiones; ſi verò atræ bilis naturam habuerit, mæſtitiam. Proinde ſi plena fuerit mulier ac educata in ocio, atque adhuc vitioſis abundet humoribus, plurimóque ſemine exuberet, & fruſtrà à nobis exhibeantur

prædicta

Digitized by Google

prædicta remedia, poſt peſſos ſi ne hi quidem quicquam profecerint, ſubactio, plurimum conduxerit, vel Hippocrate noſtro paſſim hoc inculcante: quare præſentiſſimum fuerit remedium huiuſmodi malo obnoxias, maritale iugum ſubire; ita enim fiet vt cohibitum ſemen viri conſuetudine, foras & prouocetur, & excernatur. Solemus autem ita affectis catapotia quædam præſcribere, quæ adſcripta voluimus, quòd magno ſumentium vſu commodóque exhiberi videremus. Recipiunt autem caſtorei, calbani, ſingulorum ʒ ß. aſæ grauecolentis, bdellij, hammoniaci ana ℈ ij. ſpicæ ſcœnanthos, ciperi longi, cinamomi electi ana ʒ ß. acori veri, calami aromatici, galangæ ana ℈ ß. ſeminis agni caſti ʒ j. agarici ℈ iiij. pulueratis puluerandis, ac diſſolutis diſſoluendis cum ſuccorum pulegij, ſabinæ & ſcordii veri paribus portionibus fiunt catapotia. Dioſcorides cimices lectularios, & ſinapi tritum naribus inditum, illitúmque prodeſſe dicit, atque idem efficere aſſerit quindecim grana nigra ſeminis pæoniæ bibita: ſunt etiam qui radicem pæoniæ tanquam amuletum quoppiam appenſam omnibus mulieribus quæ ob frequentes vteri affectus ægrotant, conferre credant. Cyperi autem radix vuluam aperit pota, atque à ſtrangulatione liberat; ſed abortum facit. Alij pro indubitato remedio exhibent caballi

Digitized by Google

auena nutriti excrementum in vino mero odorifero decoctum. Hippocrates ſi ad hepar progreſſi vteri ſuffocent, & non decedant, porri ſemen tritum, & pulegium in aquæ cyathis tribus, & aceti albi cyatho vno, & mellis tertia cyathi parte diluit, ac tepidum ſorbendum ieiunæ dat. Conſtantinus alliariæ ſemen, emplaſtri modo impoſitum, vuluæq́ admotum, mulieres vteri ſtrangulatu preſſas liberare atque excitare author eſt. Idem vulpis articulos in oleo vetere, cum bitumine coctos per peſſum inditos præſentiſſimum auxilium conferre contendit. Alexander Benedictus ternas guttas laticis terebinthinæ hauſtas ſummè prodeſſe dicit: ego idem aſſeruerim de totidem guttis olei ſublimationis calchanthi ex vino ſumptis. Alij ſcrupulum vnum nucamenti iuglandis puluer atum ex vino bibendum dant, alij puluerem cryſtalli, certiſſimo & indubitato remedio ex vino propinant. Sunt qui hoc pro experimento certo, & infallibili, vſurpant: Allium vnum per medium incidunt, & ſuper prunas ponunt, adduntq́ aloës hepaticæ parum, ac deinde ſuccum colligunt, quo poſcente vſu hyſtericæ mulieris vmbilicum vngunt. pulſus item & tempora, atque nares; ſtatim ſiquidem ab inunctione ſuffocatam expergiſci. Alij ex galbano emplaſtrum ſuper aluta extenſum,

& ſuper

Digitized by Google

& ſuper vmbilico geſtatum, non ſolùm à præſenti affectione, affirmant immunem reddere, verùm etiam ab vlteriore inuaſione, tantiſper dum geſtatur, ſecuras facere. Congener verò quodammodo affectui huic is eſt, qui vterinus furor nominatur, oritur enim non ſecus atque ille magna ex parte propter ſeminis deprauati abundantiam: Differt tamen ab illo quod ferè ardentem vteri diſcraſiam coniunctam habet, deinde quòd neque vterus ſurſum tractus principalem aliquam partem ad affectionis conſenſum ducat, aut compreßione, aut morſu, aut vapore; ſed eodem loco permanens per ſpinalem medullam, aut alias ſibi inſertas propagines, vitioſam qualitatem ad cerebrum tranſmittat, tum etiam quòd neque obmuteſcant ſtrangulatarum more, verùm delirantium more garrulæ ſint, ac nihil præter venereos complexus, atque id genus ſimilia ſpirant. Corrigitur id vitium, vteri intemperie in contrarium mutata. Frigidis igitur vterus alterandus eſt, cuius generis eſt diacodion cum aceto, & ſolani ſucco admixto vtero impoſitum. Succus item portulacæ, lactucæ, plantaginis, intybi, ad eundem vſum non inefficacia cenſentur. Præterea ea quæ ſemen prouocant, & eliciunt citra manifeſtam aliquam caliditatem, tanquam morbi cauſſam amolientia, ſummè commen-

dantur. Nonnulli aquam ceraſorum potam tanquam amuletum quoddam & huic affectui & ſuffocationi ab vtero prodeſſe dicunt.

CAPVT XXXII.

De mola ſeu conceptu non vero.

A MOTVS *grauitate, & difficultate molam accepiſſe nomen ſuſpicantur. Appellatur autem vteri tumor durus, aliquando prægreſſa inflammatione ſuccedens, aliquando poſt locale vlcus ſuccedens cui caro ſuperexcreuit, & primò quidem conceptus ſuſpicionem de ſe præbet; nam & ſupprimuntur menſes, & mammæ intumeſcunt, & ſtomachus ſubuertitur, & lumbi grauantur, & venter attollitur: temporis tamen progreſſu diſcernitur; nam in mola dolor punctionem inferens ſentitur, nec motus vllus percipitur. Eſt autem triplex, carnea nimirum, humoralis, & ventoſa. Porrò carnea ſic dicta eſt; quia nihil aliud quàm caro quædam informis interdum in vteri oſtiolo, interdum in toto ipſo prominens, cuius tactus ferè lapidoſus eſt, eſtque inanima, vita duntaxat altrice creſcens vt plantæ: ſenſum tamen aliquem quidam habere ſpongiarum more putant; nam ferri ictum, & aciem duriciei interdum reſpuit, præſertim ſi conſenuerit malum, quod ego antipathiæ cuiuſdam ratione*

fieri

Digitized by Google

fieri potius exiſtimauerim, quàm innati, vt ſuſpicantur, ſenſus. Sola autem mulier, vt docet poſt Ariſtotelem Plinius, huic vitio obnoxia eſt, quòd videlicet vna omnium animalium hyſtericis affectibus ſubiecta ſit, & menſtruis abundet, neque poßit eadem concoquere. Fit autem variis de cauſis, vt plurimum tamen è ſeminis muliebris, & plurimi ſanguinis in vterum affluentis retentione, quem calor immodicus cogit, ac in carnis formam tranſmutat; nam & fœminam ſola imaginatione, ſine viri conſuetudine concipere aiunt (quanquam Galenus libro De vſu partium 14. aſſerat neminem vnquam vidiſſe mulierem, quæ ſine viri congreſſu molam conceperit) neque id mirum videri cuiquam debet, quum gallinas oua venti dicta edere vſus doceat: vnde Plinius libro x. capite lxiij. dicit, Molas gigni putant, vbi mulier nō ex mare, verùm ex ſemetipſa tantùm conceperit, ideo nec animari, quia non ſit ex duobus, altricemq́; per ſe habere vitam illam, quæ ſatis, arboribúſque contingat. Auerrhois ex debilitate vtriuſq;, virilis ſcilicet, fœmininíque ſeminis generari author eſt, vel etiam ex boni ſeminis corruptione, quæ circa primum conceptionis tempus contingat. Plinio ſubſcribunt Auicennas, & Actuarius, qui quanquam à ſemine prolifico ſicut Rhazes

 originem

Digitized by Google

originem ſumere dicat, non negat tamen quin ſuapte natura vulua huiuſmodi vitiis implicetur. Diſcernitur autem, vt idem docet, à vero conceptu digitorum contactu; quippe os vteri non eo pacto quo prægnantibus affectum eſſe comperies, ſed aut inflammatione, aut ſcirrho tentari, aut in latus detorqueri. Cæterùm quemadmodum imprægnationem nonnunquam mentitur, ita etiam in nonnullis aquæ intercutis ſuſpicionem adfert, corpore imminuto & ampliato ventre. Facilè tamen diſcerni poteſt ab hydrope, ſiquidem tumor hîc durus eſt, & non quemadmodum in aqua intercute, dum digitis impellitur cedit, aut excauatur, aut tympani modo ſonum edit. Contingit tamen ob hunc affectum iecur refrigerari, hydropemq́ue ſubſequi. Alÿ igitur hanc affectionem velut planè incurabilem reliquerunt; alÿ incipientem curari tantùm poſſe crediderunt. Hoc interim ſciendum eſt, quòd mola omnis, ſiue ea diu durarit, ſiue non, vix admittat curationem; humoralis tamen dicta, difficilius quàm flatulenta, difficillimè carnoſa: negligenda tamen non eſt, ſed omnia quæ videbuntur conuenire facienda. Cataplaſmatis igitur laxandi vi præditis, fomentis, elotionibuſq́ue mitigatoriis vtemur, atque his peſſos aperientes adiungemus: Quales ſunt qui recipiunt, bdellÿ, galbani, opopanacis

& myrrhæ

Digitized by Google

& myrrhæ pares portiones: hi enim miro naturæ opere naturalia patefaciunt, viamq́ue aperiunt ad molarum expulſionem: nam, vt docet Actuarius, molam vtero innatantem vbi validioribus reſerantibus matricis os patefecerimus, attrahentibus depellere conabimur, vt eam mulier quaſi paries deponat, diſcatq́ue præpropere parere, ac imposturam qua detinetur agnoſcere, ventri igitur ex ſucco rutæ emplaſtrum cum myrrha, & colocynthide confectum imponatur, ac per ſuperiora globuli de myrrha dicti quotidie exhibeantur, ſcrupulorum duorum, aut drachmæ vnius pondere: eáque quæ partum mortuum eiiciunt molam quoque detrudere creduntur. Conſiderandum interim eſt, vna ne caro an plures pudendis prorumpant: nam ſi vna caro ſit, ea fœmina magna ex parte peribit; ſin plures, ac ſanguis copioſus & carnoſus modicè defluat, ſeruabitur; ſin minus, profluuio illo correpto peribit. Auerrhois author eſt carnoſam molam, à natura nonnunquam digeri, & conuerti in ventoſitatem, aut humiditatem, verùm vtut ſit, videndum vnicè moneo, ne ante tempus, aut neceſſitatem, aut leuicula quauis occaſione præſcripta remedia recipiātur in vſum, quòd omnibus attrahendi, oráque vaſorum reſerandi vi præditis, mordax, erodénſque facultas vt plurimum inſit: quare ſi quis temerè iiſdem

 fuerit

fuerit abuſus, periculum eſt ne vicinus locus corrodatur, atque exedatur, & prius quàm qui præſens eſt curari deſierit, alius oboriatur. Quocirca validioribus iis non modò emollientia ac lenientia ſunt permiſcenda, verùm peſſos quoque linteo molli obductos nonnullis quæ mitigent, atque humectent extrinſecus inungimus. Ac propterea victus rationem calidam humidamq́ præſcribimus; calidam quidem ad aperiendum, rarefaciendum menſeſq́ ciendos, humidum verò ad molliendum. Id etiam obſeruandum moneo, vt vniuerſalia dicta remedia particularia & localia præcedant. Ante omnia igitur ni quid obſtet, ex Hippocratis ſententia aluum acri clyſtere ſollicitare ſuaſerim, quo ſanguis multus erumpat, & quòd in vtero compactum eſt dimoueatur.

CAPVT XXXIII.

De vteri inflammatione.

VTERI *inflammatio etſi varias ob cauſas fiat, de ea tantùm diſſerere hîc mens eſt, quæ aut abortum, aut difficilem partum ſubſequitur tanquam ſymptoma quoddam. Ea autem potiſſimùm dignoſcetur oris vteri duricie, cibi faſtidio, ſiti, ventris imi tumore, excrementorum ſi quæ ſint, malitia, & fœtore, muliebrium locorum, pubis, imi ventris, ac lumborum doloribus ardentibus:*

Digitized by Google

ardentibus: ſolet autem eadem interim eſſe languidior, ac modò vehementior. In illa omnia accidentia mitiora ſunt, in hac verò intenduntur omnia; febris enim acuta frequenter ſubſequitur, ac pars inflammata pulſatili quodam dolore diſcruciatur. Quare ſi poſterior vteri pars inflammatione detineatur, dolor in lumbos & ſpinam graſſatur, & ſtercus longanone compreſſo retinetur; ſin prior pars inflammatione afficiatur, dolor pubem pectinemq; affligit, cum vrinæ ſubſtillo, eiuſdemq; difficultate: verùm vbi latera eadem occupat, inguina tenduntur, & crura grauantur. Oſculo autem vuluæ inflammato, in abdomine dolor eſt, ac digito immiſſo, vt iam diximus, os durum, rigidumq; reperitur. Hîc igitur ſicuti acutus morbus eſt, ita certa remedia efflagitat, atque ea quæ Hippocrates extrema vocare ſolet, qualis certè ſi quæ alia eſt (ſi Galeno libro De ſanguinis miſſione credimus) copioſa ſanguinis miſsio; hæc enim præterquam quòd ſanguinem adimit, etiam calorem extraneum compeſcit ac refrenat: Verùm quoniam hîc, tum propter anteactos labores, tum propter ſanguinis copioſam effuſionem, animi deliquium in metu eſt, tendanda haud quaquam erit citra magnam limitationem. Quòd ſi igitur patiens pleno corpore ſit, ac vires conſtent, venæq; turgeant, ac ſanguinis

 profluuium

profluuium non admodùm copioſum præceſſerit, liberum erit ſanguinis nonnihil data occaſione demere, idq́ vel ex vena humeraria dicta, vel poplitis, aut malleoli. Qualis qualis autem ſit ipſius patientis conſtitutio ac habitus (ni aluus fluxa ſit, quod albo coruo rarius eſt) lenientibus ac refrigerantibus, enematibus aluum ſollicitabimus, deinde fotus ex æneleo, vel vino & oleo roſaceo cum lana, circa lumbos ac pubem applicabimus, ac pòſt peſſos inderimus, ex medulla ceruina, anſerino adipe, ſucco plantaginis vel cichorij, oui luteo, & croci pauxillo. Aëtius ad hunc affectum peſſum aureum nominatum deſcribit, qui ℞. ouorum aſſatorum lutea ſex, medullæ ceruinæ drachmas quatuor, croci, æſypi, ſingulorum ſiciliquum, hoc eſt drachmas duas, ceræ albæ, terebinthinæ, adipis anſerini, ſingulorum drachmam vnam. Crocum cum modico vino dulci terito, & oua trita adiicito, & liquabilia liquefacta admiſceto & aſſeruato. Actuarius in vteri inflammatione huiuſcemodi peſſum exhibet; qui fit ex papaueris capitibus in paſſo decoctis, vſque dum liqueſiant, ac deinde expreſsis & percolatis & medulla ceruina, vel adipe anſerino. Idem malagma τὸ μονομάχον ad hunc affectum deſcribit methodi medendi libro ſexto capite octauo. Per totum autem morbi decurſum inſeſſus

ex de-

Digitized by Google

ex decocto fœnugræci vtiles ſunt, & ea quæ vterino furori conuenire dictum eſt, huc aptare integrum erit, quòd hic non rarò vteri inflammationem ſubſequatur. Hippocrates in vteri inflammationibus ſolani ſuccum expreſſum, aut betæ, aut rhamni infundit, vteróque cataplaſma admonet ex muſco marino, quem ſuper piſces iniiciunt, cruda hordeacea farina, cinere ſarmentitio, lini ſemine toſto; quæ contundit, ac oleo & aceto ſubacta miſcet. Iubet etiam ſuffitus præparari ex roſarum foliis, cinamomo, & caſia ſimul tritis, & affuſo metopo in paſtillos redactis: Quæ omnia diligens medicus pro temporis exigentia ad vſum accommodare poterit.

CAPVT XXXIIII.

De vterorum commotione ac procidentia.

COMMOVENTVR *vteri à ſuo loco poſt partum variis modis, ad quemcunque verò locum illapſi fuerint, grauiſſimos pariunt dolores. nam ſi in veſicam prolabatur, vrinam ſupprimunt; ſi in ſedem ſeceſſus recrementa præpediuntur cum lumborum intenſiſſimo dolore, ſin circumuerſi fuerint ad dexteram vteri partem, & puerperij purgamenta non fiant, dolor imum vẽtrem habet, lumbos; & dextrum crus grauatur. ſin in*

ſin in ſiniſtram partem, aut coxam declinauerit, dolor acutus & vehemens occupat lumbos, & partes inanes atque ipſum crus, & nonnunquam claudicat: ſi extra naturam progreßi fuerint vteri, febrilis calor habet pudendum, & imum ventrem, & vrina frequenter ac paulatim deſtillat, & pudendum vehementer mouetur. Accidit autem hoc bifariam vt docet Hippocrates: modò enim procidunt tantùm, & foras egrediuntur, interim etiam penitus ex pudendis excidunt, & dependet veluti ſcrotum: quod nequaquam ita intelligendum monent Aëtius, & Paulus ex Ægina medicus, quaſi à ſuis appendicibus exoluti toti exciderint: nam ſi ita procederent, reſtitui haudquaquam poſſent, quando neque veriſimile ſit totam vuluã procidere. Nam id quod procidit magna ex parte ouo ſtruthiocameli ſimile eſt, iuxta maioris ac minoris differentiam, ſicut vult idem Aëtius. Procidunt verò vteri potißimum ob violentam ſecundarum auulſionem, partus difficultatem, aut abortum, quanquam etiam compreſſum nimis, & retentum in enixu ſpiritum, & vehementem concitatioremq; ſternutationem (vt interim alias omittamus cauſſas) comitari ſoleant: quare cauendum moneo, ne temerarij nimis ſimus in prouocandis ſternutationibus, quotieſcunque non ſubſequatur fœtus; verùm ſi ſternutationes

Digitized by Google

tationes omnino tempus poſtulet, & res, præmo-
nendas antè eſſe nixurientes, vt ſternutaturæ
naſum comprehendant, ac leuiter comprimant,
vim, impetúmque ſternutationis ita repreſſuræ.
Periculoſiſſimum cenſetur quoties alterutrum
latus petunt vteri: paucæ etenim etſi curentur,
vt ait Hippocrates, effugiunt, & ſteriles euadunt,
& cruribus mutilatæ pleræq; fiunt: Quomodo-
cunq; autem loco moti fuerint vteri, ſi diu dura-
uerit malum, vix ſanatur: ſtatim igitur inter
initia eidem occurrendum eſt; & ſi quidem aluus
excrementis diſtenta dolores adaugeat, conſul-
tum fuerit eandem enemate ſollicitare; idq; non
ſemel tantùm, ſed quoties vſus exigit, faciendum
ſuadeo. eadem ratione ſi lotium in veſica detinea-
tur, prouocandum erit per catheterem, infuſis iis
quæ vrinam eliciunt, & ſi forte puerperij purga-
menta non fiant, omni ſtudio conabimur eadem
promouere, ne his & ſimilibus excrementis di-
ſtenti vteri, aut alioqui compreſſi, ad proprium
ſitum reduci nequeant. Hæc igitur quum peracta
fuerint, frigefactoria ad pudendum apponere
oportet, & quod foris eſt depurgatum, & cum
vino nigro in quo malum punicum, & hederæ
folia cocta fuerint, ablutum intro retrudere.
Figurare autem oportet laborantem, vt ſcribit
Ægineta, ſupinam, vt coxas habeat ſubliores,
poplitesq;

poplitesq́ flexos, cruribus diuaricatis, deinde hapſum capere ex lana, figura, & craſsitudine ſinui muliebri proportionalem, tenuiq́ linteo circundare, & in ſuccum acaciæ, vel hypociſtidos vino dilutum demergere, tum vuluæ inſerere, & citra violentiam totum quod procidit, ſurſum agere, quo ad totus tumor in ſinu factus ſubſederit. Naribus odorata, aromataq́ adhibeat, ſubter autem graueolentia ſuffiat: propterea ouum putridum contuſum, ac emplaſtri modo vuluæ impoſitum, illico in locum ſuum vterum repellere affirmant. vmbilico autem, atque iliis cucurbitulæ cum flamma copioſiore affigantur. Poſtquam repoſiti fuerint vteri, mel & reſinam mixta infundi vult Hippocrates, iubétque vt quàm maximè fieri poteſt quietam in lecto aſſeruemus; lectumq́ ipſum ad pedes altiorem ſtatui: quoties enim ſupinæ decumbunt, repoſiti manent in loco; quoties autem ſurrexerint, aut ſeſe inclinauerint, aut aliâs ſeſe commouerint, exeunt. quapropter ſi per neceſsitatem aluum exonerare cogantur, decumbendo id faciant, donec quatuordecim prælabantur dies. Pubes interim ſpongia in poſca expreſſa extrinſecus contegenda eſt. Alij ſuffitus ex bituminis, lapidis gagatis, ſingulorum ℥ ij. vſniæ ℥ ij. caſtorei, ciperi, radicis biſtortæ, corticum glandium, balauſtiorum, ſingulorum ℥ iij.
& ceræ

Digitized by Google

& ceræ ſufficiente quantitate præparant, atque eoſdem per infundibulum excipi iubent, atque prolapſum aſtringere ita affirmant vt repoſitus ſuo loco omnino maneat. Ex ſimplicibus autem, vuluæ (inquit Plinius) ſi procidunt, decocto cotoneorum fotu corriguntur, vel aceto, vel myrti foliorum arentium farina, & immaturæ gallæ crematæ aceto extinctæ, fimus bubulus è mare boue ſubditus procidentem vuluam reprimit. Dioſcorides vrticæ vtriuſq; folia impoſita idem præſtare aſſerit, atque hypociſtim, acaciámque per ſe ſubditam. Hippocrates hederæ folia ſicca, trita ac linteo alligata apponit, ac loti ramenta, myrti baccas, rubi & oleæ folia, ſimul decoquit, ac pro fomento vtitur. At ſi multo tempore vteri promineant, vt habet idem ſenex, & ſtupidè perfrigerentur, calidam multam aquam affundito, quo refocillentur: ſi verò iam inflantur, etiam aceto ad aquam immixto foueto, ſitq; hæc aqua, aut lauri, aut myrti decoctum, & deinde vt dictum eſt leniter protrudito, & data occaſione cochlear huius mixturæ patienti ieiuno ſtomacho exhibeto, quæ habet, ſucci cydoniorum & myrti, ſingulorum ℥ ij. coralli rubei, boli armeni veri, ſingulorum ʒ j. commiſcentur, victus ratio ſit tenuis prorſus & exiccans vſque ad ſeptimum diem.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XXXV.

De prolapſu podicis.

PROCIDIT *interdum anus non ſecus ac matrix à partu, quod accidit quoties puſio ſua mole grauis eſt, ac parturiginis labores adauget, aut quoties inteſtina excrementis diſtenta præpediunt: quo minus liberè in lucem prodeat infantulus; aut ſi eadem laxa ſint, & muci plena, quod quotieſcunq; vſu venerit, conſultum ſtatim erit omni diligentia in ſuum locum reponere, antequam alterationem aliquam ab ambiente nos äëre perpetiatur; ita tamen vt ſi quæ ſordes podici adhæreant, lomento aliquo expurgentur: & ſi quidem mucago illa in cauſſa fuerit, eandem ſtudebimus amoliri, iis quæ cum aſtrictione quadam abſtergunt, & exiccant, cuius generis eſt vinum auſterum. Quod vbi effectum erit, ſicuti iam diximus, ſenſim inteſtinum reducere conabimur, ita tamen ne vim aliquam naturæ inferamus: & ſi ob temporis interuallum inflatum fuerit, nec impellentibus nobis cedat, fomentis ex decocto chamæmeli, ſeminis lini, & maluæ vtendum eſt; ac affecta pars aliquo emollienti inungenda, puta butyro ſalis experte, medulla ceruina, & ſimilibus; atque ab omni quo ad fieri poteſt, aeris iniuria arcenda eſt. Deinde quum*

ſubſederit

Digitized by Google

ſubſederit tumor, aut inflatio, iterum reductionem moliemur: quæ ſi ſubſequatur, vtendum eſt aſtringentibus: in quem vſum ſummè commendantur malorum cotoneorum decoctum, cyclamini ſuccus, ad mellis ſpiſsitudinem decoctus, & illitus, lentiſci folia & ſuccus illitus. Galenus vbi procidẽtem ſedem vino auſtero lauit, huiuſmodi puluiſculum inſpergit, qui recipit balauſtij drachmam vnam, malicorij ʒ ij. ſeminis hyoſcyami ʒ ij. ceruſæ ʒ viij. myrrhæ ʒ ij. plumbi loti ʒ ij. Alij apponunt emplaſtrum quatuor digitos aut circiter longum, ab ano renes verſus: quale id eſt quod Dionyſius Fontanonus deſcribit, recipit autem emplaſtri oxycrocei ℥ j. ſ. baccarum myrti, gallarum, maſtiches, ana ʒ j. ſ. bedeguar hoc eſt ſpinæ albæ ʒ ij. miſcentur pro vſu artis, & cum olei coſtini aliquantula portione ſubiguntur, & in emplaſtri formam rediguntur. Alij ſuffitus ex bdellio, & capparibus concinnant, nonnulli ſenecta anguis, & exuuio anguillæ ſale maceratæ pro amuleto, ad eundem vſum non ſolùm vtuntur, verùm etiam ad procidentes locos. Id interim toto curationis decurſu curandum eſt ne aluus excremẽtis diſtendatur, aut indureſcens negocium aliquod faceſſat: ſiquidem leuiſſima quauis occaſione relaberetur. Quin & hoc obſeruandum moneo, vt ſi excrementorum copia,

Digitized by Google

aut duricies malum conciliarint, ſtatim enemate emolliente ſollicitetur aluus: quod vbi effectum fuerit, magnam morbi partem ſublatam exiſtimato. At ſi forte eueniat vt ſpacium illud inter muliebres locos, & ſedem diuellatur, atque iſthmus ille (vt ſic dicam) proruentis procellæ impetu, abſorbeatur, atque ex duobus vnicus ſinus fiat, ſitque quaſi vnum continuum foramen; quod accidit quoties aut obeſa eſt parturiens, aut naturalia nimis tenera, paruaq́; ſunt, aut fœtus ipſe ſua mole excedens parturiginis labores adaugeat, atque viam ſibi ipſi præparet, aut alioqui aluus recrementorum copia diſtendatur, difficilemq́; partum reddat. caſus me hercules laborioſus, & qui præſens requirat auxilium: nam ſicuti fallacia vna aliam trahere ſolet, ita quoque hoc vitium alia ſymptomata conuehere aſſueuit. Rarò enim incidit, niſi vnà, aut loci, aut podex, aut vtraque ſimul prolabantur. Heic igitur ante omnia elaborandum eſt, vt ſi quid exciderit in priſtinum reducatur locum, vt iam antè dictum eſt: poſtea vulnus ſi ſimplex eſt, curandum erit vt alia recentia vulnera: & ſi res exigere videbitur, eiuſdem labra ſerico filo certis pro artis vſu ſpacijs connectenda ſunt, adhibitis iis quæ implent & conglutinant ferrumenq́; obducũt, quæ κολλυτικὰ καὶ ξαυματικὰ Græci vocant. Quòd ſi cui

Digitized by Google

ſi cui ſuſpecta ſit ſutura hæc, propter periculum inflammationis, vt Paracelſo viſum fuit, picatione vti poterit, ita vt duo linteola duos plus minus digitos lata accipiantur, eademq́; pice (eſt enim ea glutinandis vulneribus accommoda) aut emplaſtro aliquo tenaci, quod parti alicui affixum auelli vix queat, illinantur: Vulneri autem inſperges iridis Illyricæ, lupinorum, thuris, radicis conſolidæ maioris arefactæ, ſingulorum par pondus, cuminíque momentum, in pollinem vt atoma rediguntur, ac commiſcentur ad vſum: poſtea duo illa linteola conſuuntur, ac pice liquida ſuperfunduntur; nam hæc præterquam quod cohærere faciat, ea quibus coniungitur, odore etiam ſuo ingrato matricem in propriam ſedem reducit, adeò vt illa in huiuſmodi affectibus nihil ſit aut laudabilius, aut magis conueniens. Atque hæc quidem deligatura, ita continuanda eſt, neque ſoluenda, ante conglutinationem, niſi in metu ſit aliud malum, inflammatio nimirum, ſordes, ὑπερσάρκωσις, *& id genus alia quæ vulneribus improbè curatis incidere ſolent, quæ facile ex partis affectæ duricie, tenſione, ac dolore, diligens chirurgus animaduertere poterit. Hoc interim iam iterum præmonitum volens, vt quoad fieri poteſt maximè lubrica ſeruetur aluus, ne nimio in excretione conatu vulneris ora dehiſcant.*

Digitized by Google

CAPVT XXXVI.

De aliis ſymptωmatibus enixis ſuperuenientibus.

DOLORIBVS *exagitata parens in febres incidit non rarò: huic igitur pulli iuſculum, in quo decoctum, aut blitum, aut borago, aut alterutrum intybum ſit, commodiſſimè exhibebitur: Potus erit aut vinum granatorum dulcium, aut ptiſana hordeacea: vtatur ſaccharo violaceo, de floribus boraginis, & buglotti ſpeciebus, item diatriumſantalon, diarhodon abbatis ſine moſcho, diamargariton frigidi. Fit etiam frequenter vt locis non ſatis purgatis ex ſanguinis copia febris accendatur. dextri igitur malleoli, aut poplitis vena ſecanda erit, ni quid obſtiterit, aut leniter aluus aliquo molliente laxanda erit. Non rarò etiam inflatur vterus, aut alterutrum ventris latus tumet, ac durum eſt ex fæculento illo humore retento, aut vbi cruda ventoſitas, aut denſus flatus ſe condat intra matricem, muliebreſq́ue locos diſtendat. hîc igitur fomentis vti conſultiſſimum eſt, aut inſeſſionibus ex aqua in qua chamæmelum, melilotum, artemiſiáque incocta ſint: & ſi ſoli flatus in cauſa eſſe videbuntur, cucurbitulam cum flamma copioſa ſubinde vetri admouebimus: nam ea, Galeno libro methodi therapeu-*

Digitized by Google

therapeuticæ authore, proprium quiddam incantamenti ſimile in flatulentis tumoribus obtinet. Proderit etiam vnam drachmam olei ſublimationis ſeminum anethi, aut fœniculi, aut ſeſelios hauſiſſe, aut etiam cumini, quando in huiuſmodi affectibus æthiopicum cuminum per ſe ſummè commendatum ſit Hippocrati. Quod ſi aluus lubrica ſit, eadem leniter reprimentibus aſtringenda eſt, & ſi aſtrictior fuerit, caſia nigra Actuario dicta, aut manna calabrica exhibenda erit, aut lenibus alioqui enematibus eluenda: ſic enim fiet vt quàm minima moleſtia voti compos reddaris; ſi verò torſionibus ventris diſcrucietur, proderit ſumpſiſſe duo aut tria cochlearia olei amygdalarum dulcium recens expreſſi, aut ſorbſiſſe drachmam vnam ſeminis dauci cum modico vini albi tepidi: & ſi dolor perſeueret, non obfuerit propinaſſe ſcrupulum vnum philonij cum iuſculo capi, vel gallinæ; quanquam id non abſque præmeditatione faciendum iudicem: At ſi dolor capitis adſit, videndum ante omnia quæ ſit eiuſdem cauſſa; ea enim cognita facilè inuenire erit remedium. ſubſequuntur autem magna ex parte capitis dolorem vigiliæ; ad has igitur arcendas ni quid obſtet, oportuniſſimè exhibebitur ſerapium è violis, è floribus nymphææ albæ, quam nenuphar vocant, infuſionis roſarum, ac diaco-

 dion

Digitized by Google

dion deſcriptione Galeni, tempora etiam & frons illinenda ſunt rhodelæo, oleo violaceo, nenupharino, papauerino, unguentóque roſaceo. Allicit autem ſomnos cuculus auis, leporina pelle adalligatus: idem præſtare creduntur aures leporinæ, viuo lepori exectæ, atque ægro inſcio puluinari ſuppoſitæ. Priſcianus, Caput canis, inquit, comburito, & puluerem eius ad caput ponito cui ſomnum conciliare vis. Aqua etiam florum croci, dempto croci ſtamine quatuor unciarum pondere dormituris datur tepens, & ſomnum miro modo conciliat, nec cerebrum frigefacit. Michaël Sauanorola pinguedine gruis pedum plantas, & manuum volas inunctas, ſomnos inducere author eſt: alij adipe gliris idem experiri malunt.

CAPVT XXXVII.

De lacte vitiato, mammarúmque vitiis.

PYTHAGORAS *ille exiſtimabat à lacteo circulo deorſum incipere Ditis imperium, quia animæ inde lapſæ videntur iam à ſuperis receßiſſe: ideò primùm naſcentibus ait lactis alimoniam offerri, qui primus eis motus à lacteo incipit, in corpora terrena labentibus. Fieri autem interdum vt lac deficiat, antè diximus, quæ affectio*

Digitized by Google

affectio infantibus, quàm mulieribus grauior eſt. conſiderandum igitur an totum corpus, an vna aliqua pars tantùm ægrotet: nam ſi ob penuriam extinctum lac eſt, atque exhauſtum, alimentum augere, & melioris ſucci cibos dare, & aluum ſi plus iuſto fertur, aſtringere oportet; lini ſemen cum melle delingendum, fœniculum etiam, & aniſum viride cum ptiſana coctum exhibeatur, confert etiam aniſi ſemen in pollinem redactum, ſiciliqui pondere ex iure braſsicæ quando dormitum itur hauſtum. Inteſtina quoque terræ, ſi quinque, aut ſeptem, aut plura teras, ac cum duobus vel tribus recentibus gallinarum ouis decoquas, pauxillo aniſi, aut fœniculi addito, ferculum concinnabis, non tantùm ad multitudinem, ſed & lactis bonitatem non parum momenti habens. Proderit etiam & mollis mamillarum frictio, ac leues cucurbitulæ citra ſcarificationem radicibus mamillarum affixæ. Montagnana in ſuo Antidotario ad idem huiuſcemodi emplaſtrum deſcribit, quod recipit, radicis & foliorum petroſelini, coaguli hœdi ana ℥ ß. ſtoracis calamitæ ʒ iij. olei amygdalarum dulcium recentis ℥ iij. farinæ hordei ℥ j. ß. fit, inquit, emplaſtrum cum decoctione, quod mamillis apponitur. Theodorus Priſcianus fabæ pollinibus vuam paſſam purgatam, & contuſam miſceri dicit, & ex his cataplaſmando

Digitized by Google

lactis augeri bonitatem. Quòd ſi craſſioris conſiſtentiæ reddatur lac, vtendum eſt victus ratione attenuante, ſin acrius id fiat (quod dignoſces ſi puerulis excretiones per ventrem plures fiant cum mordicitate; ſi appetitus deficiat, puſtulæq́ acerrimæ in corpore fiant, idq́ præcipuè circa ſupernas partes, & infans paulatim gracileſcat) balneis dulcibus temperandum eſt nutricis corpus, & bono alimento, & ne in thrombos, aut grumos coaleſcat, ab adultis exugendum eſt mulieribus; deinde ubera, cum muccagine ſeminis fœnugræci, & cumini decocto, & croci pauxillo delinienda ſunt. Alij fabarum lomentum per ſe, & cum lomento impoſitum, lentiúmque farinam illitam ad thromboſin conferre dicunt. Sammonicus corymbos, ſeu mamillarum papillas oleo lumbricorum terreſtrium illinere ſuadet: ſunt enim lumbrici inter frigus, & calorem adurentem qualitatis temperatæ, ſolentque affectis membris innecti dolorem lenire, ac mitigare, & obſtructiones meatuum adaperire; vnde commode quoque adhibentur mammarum doloribus, duriciei & obſtructioni. Dioſcorides ceræ albæ grumos, decem granorum milij magnitudine ſumptos, lac in mammis concretum diſſoluere author eſt. idem præſtat hammoniacum cum aſa graueolenti, cera & oleo, ad formam empiaſtri redactum,

Digitized by Google

redactum, & huberibus applicatum: Coagulum quoque leporis ex aceto ſumptum idem præſtat, alij ceruinum coagulum malunt. At ſi inflammatio mammas infeſtat, proderunt, terra Samia ex roſacea aqua impoſita, thus cum cimolia & roſaceo inunctum, aſphodeli radices, & folia ex vino adhibita, item vnguentum hoc quod fit ex foliorum hyoſcyami recentium, ceræ, colophoniæ, zopiſſæ, ſebi porcini, oleíque paribus portionibus, ſi eo affecta vbera inungantur. In eundem vſum adhibent alij vinaceos tritos cum ſalis momento: ſiquidem, vt author eſt Dioſcorides, reconditi vinacei inflammatis mammis ac duris, nimioq́; lacte turgentibus illinuntur. Verùm ſi duriores mammæ fuerint, tum mucagine ſeminum lini, & fœnugræci inunxiſſe ſuffecerit, aut hoc cataplaſma applicuiſſe, quod recipit: lumbricorum terreſtrium vncias duas, aſellorum ſub lapidibus viuentium vnciam vnam, chamæmeli, roſarum rubearum, ſingulorum manipulum vnum, hederæ arboreæ manipulum vnum & ſemis, ſeminum lini & fœnugræci ſingulorum vnciam ſemis. decoquuntur in iuſta quantitate aquæ ad ſummam molliciem, ac modica olei lumbricorum adiectione facta fit cataplaſma: quod ſi odore ſuo ſit moleſtum, poterimus gratiam aliquam odoris conciliare ex ladani parte aliqua, aut ſimili in prædicto

Digitized by Google

oleo diſſoluto. Hoc ſiquidem cataplaſma, non tantùm duricies, ſed & phlegmonas earundem diſcutit; adeò conueniens eſt lumbricorum terreſtrium vſus in mamillarum affectibus, vt nonnulli dicant eoſdem tritos, & cum vino bibitos lac vberius reddere, & efficere vt facilius exugatur: Plinius quoque vermes terrenos mammis per ſe impoſitos, mammarum ſuppurationes concoquere, & aperire, extrahereque & ad cicatricem perducere dicit. Quòd ſi à partu rigidæ ſint mammæ, triticei furfures ex rutæ decocto elixi & appoſiti conferunt: idem præſtant baccharis folia emplaſtri modo adhibita, ſi lactis copia abundent mamillæ, & id propter nimiam exuberantiam à fluore continere non poſſint; aceti fæce inungantur, hæc enim vt docet Plinius, mammas lactis ſui impatientes extinguit, quod Auicennas comprobat: nam fex, inquit, non aduſta extinguit inflammationem capitis mamillarum in quo conſtrictus eſt ſanguis: Quòd ſi fæce aceti careamus, accipitur ea quæ vini eſt. Murinus etiam fimus cum aqua pluuia diſſolutus, & inunctus, dolorem, tumorem, & duriciem vberum perfectè ſanare ac diſſoluere putatur: Idem tribuunt ſtercori caprino vino veteri admixto: Alij adhibent in eundem vſum adipem anſeris cum lacte bubulo leuiter vſtulato in modum cataplaſmatis.

Digitized by Google

plaſmatis. Quòd ſi pilari morbo enixa diſcrucietur (id vitium eſt quoties in poculo pilum forte hauſerit mulier, qui detentus grauiſsimos concitet dolores, qui non antè ſedentur, quàm pilus aut expreſſus exeat, vel vnà cum lacte exugatur.) Plinius carnes muricum, ſeu conchyliorum prodeſſe dicit. Quòd ſi continua exuctione infantuli, aut alio quouis modo papillas findi contingat, grauiſsimi procul dubio dolores lactentem infeſtant, exuctionéque ſemper innouatur recrudeſcítque malum; & interdum metus eſt, ne totum hoc ceu mammæ capitulum abſtrahens infantulus deglutiat: hic igitur linimenta ex hypocyſtide, melle, galla, balauſtiis, terra lemnia, ariſtolochia rotunda, galbano, & id genus aliis confecta iuuabit. Proderit etiam linimentum confeciſſe ex adipis gallinæ, & ceræ albæ ſingulorũ vncia ſemis, corticis interioris ſambuci albi drachmis duabus. Nec inutile fuerit illinere papillas ex amylo ſoluto in aqua roſarum. Plurimum autem profuerit cinis teſtudinis cum albo oui illitus: hic etenim ceu amuletum quoddam omnes rhagades ſanare creditur: alij in hoc caſu anguillæ pinguedinem commendatam habent, ſi ea illinatur locus affectus; alij fiſſuras has iungi aſſerunt, ſi cinere capitis canini vſti eaſdem aſpergas, aut ſi ſtercus caninum album pulueratũ, betæq́; cinere inſeras.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XXXVIII.

De morbis recens natos puerulos impetentibus.

QVONIAM *eò deuenit oratio, vt expoſitis fœcunditatis ſterilitatíſque indiciis, partubúſque tam facilibus quàm difficilibus, atque iis qui abortiuum quid coniunctum habent, ſymptωmata etiam enixis ſuperuenientia, deſcripſerimus; ne quid inſtituto noſtro deeſſet, reliquum erat vt ordine pueriles aliquot morbos enarraremus: idq́ue eo potiſſimum, quòd nutrices ineptis vtentes cibis, lac quoque ſuum vitioſum efficiant: quo fit vt diuerſis morbis infantes, qui alioqui optimam ſtructionem adepti ſunt, obiiciant. Verùm quum in infinitum ferè excreſceret oratio, ſi omnes puerilem ætatem inuadentes morbos deſcribere tentaremus, viſum fuit eos tantùm percurrere, qui recens natos infeſtant, quos Hippocrates duobus aphoriſmis comprehendit, quum dicit: In ætatibus talia contingunt: Paruis & nuper natis puerulis oris vlcera quæ aphthæ vocantur, vomitus, tuſſes, vigiliæ, pauores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates. In progreſſu verò quum iam dentire incipiunt, gingiuarum prurigines, febres, conuulſiones, alui profluuia & maximè quum caninos edere dentes incipient,*

Digitized by Google

incipient, & iis præſertim pueris qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent.

CAPVT XXXIX.

De aphthis.

QVÆ *in ſuperficie oris fiunt vlcerationes græci* ἄφθας *vocant, inquit Galenus, habentes in ſe quiddam igneæ caliditatis: fiunt autem vtplurimum infantibus quoties vitioſum exiſtit lac nutricis, aut aliâs puer non ſatis concoquit: nam lac quum ſeroſæ qualitatis non parum habeat, ſubiectas partes molles, & laxas prorſus, ac omni iniuriæ expoſitas facilè afficit, ac vlcuſcula concitat, quæ nunc ſubalbida, nunc ſubrubra, interim etiam nigreſcentia ſunt, cruſtæ in morem, quæ omnium periculoſiſſima, ac lethalia magna ex parte ſunt; Auicenna alcola, Haliabas Calaba vocat. Hîc igitur imprimis conandum, vt ſi acrius & ſeroſius lac ſit; ad iuſtam reducatur temperiem; quod fiet vt diximus nutricis bona conuenientíque victus ratione: & ſi forte eiuſdem corpus prauitate ſuccorum redundet, pro exigentia purgabimus: deinde ad localia veniemus remedia, quæ aſtrictionis nonnihil habere debent, & frigiditatis ſi ſubrubræ ſint: nam alioqui ſi albeſcant, aſtringentia cum moderato calore ſunt illinienda; ſin liueant, diſ-*

cuſſoria

Digitized by Google

cuſſoria etiam eſſe debent quæ adhibentur. Paulus remedio eſſe dicit roſarum folia contuſa, ac florem earundem, crocum, gallam, myrrhæ exiguum, lachrymam, aut corticem thuris; quibus & ſimul, & priuatim ſingulis cum melle vtitur. Galenus albas violas, & ſiccas cum melle tritas illinendas docet: quibus vt validius ſit medicamentum, roſas, lentéſque commiſcere poſſumus. Auicenna iſtiuſmodi vlcera cum ſacharo & caphura tantùm, perſanat: nos illitione facta ex muccaginis ſeminis cotoneorum partibus duabus, ſeminis althææ parte vna, gallæ pauxillo, & croci momento, mellíſque roſacei, & confectionis ex immaturis moris ſufficiente quantitate mederi ſolemus. Habent ſiquidem cotonea in huiuſmodi affectibus miram quandam energiam, ac præſertim ſeminis eorundem mucago ad omnes inflammationes, ambuſta, atque eſcharas, adeò vt iis non ſine ſummo commodo illinatur: ſunt qui maximo cum fructu inglandes immaturas diſciſſas ac in aceto maceratas & per alembicum diſtillatas cum melle roſato mixtas exhibeant.

CAPVT XL.

De vomitu infantium.

VOMITVS in pueris accidunt; aut propter lactis quod aſſumunt copiam, aut eiuſdem acrimoniam,

acrimoniam, vt docet Galenus; aut propter materiam pituitoſam à capite ad os ſtomachi delatam. Sunt autem huic potiſſimùm ſubiecti, qui humidiore ſunt corporis conſtitutione, & ventriculo imbecilliore. Si igitur à lactis abundantia fiat vomitus, à ſuctione quoad fieri poterit arcendus eſt infans; ſin ob eiuſdem acrimoniam os ventriculi irritantem, proba victus ratione regenda eſt nutrix, vt lac in benignius conuertatur. ſin ob diſtillationem materiæ peccantis, prohibenda eſt, atque aliò fluxum diuertere conabimur. Intemperiem frigidam ſtomachi omnibus modis arcere ſtudebimus, adhibitis vnctionibus ex olei ſpicæ, maſtichíſque paribus portionibus, puluerum cinamomi, caryophyllorum, nucis myriſticæ ana pauxillo, ac ceræ ſufficiente quantitate: quanquam ſi quis puluerum loco nonnihil oleorum arte chemica præparatorum, atque ex dictis ſpeciebus elicitorum, aut ſublimatorum accipiat, præſtantius effecerit: nam & ſolum maſtichinum oleum ſublimatum, (vt interim alia omittam) vt multa longáque experientia comperi, ſi eo ventriculi regio inuncta fuerit, nos noſtra expectatione haudquaquam fraudabit. Per os autem delingenda exhibere poſſunt ſerapium de mentha, abſinthite, & diacytonite ſine ſpeciebus. Si lactis acrimonia moleſta eſt, tutò datur ſera-

pium

Digitized by Google

pium ex roſis ſiccis, inungendúſque ventriculus eſt cum olei roſarum, myrtini, melini ſingulorum uncia una, Roſarum rubearum, ſantalorum omnium, coralli rubei; ſingulorum ℨj. quæ pro artis vſu pulverata ac commixta in formam linimenti rediguntur. In hunc etiam vſum ſummè commendantur odores mali citrei, garyophyllorum, nucis myriſticæ, cinamomi, roſarum, & ſimilium. Corallus etiã rubeus infantium lactentium collo appenſus ad os vſque ventriculi deueniens, lactis vomitum prohibet, roborátque concoctionem. Rhazes ante adminiſtrationem lactis, medicamenti huius portiunculam puerulis exhibebat, quod recipit, ligni aloës, maſtiches, ſingulorum drachmam ſemis, gallæ ſcrupulum ſemis, galliæ moſcatæ pauxillum, trita & in tenuiſſimum pollinem redacta commiſcentur cum ſerapij roſati portione conueniente; ac puerulis propinantur: poſteà cataplaſma tale ventriculo applicabat, quod recipit, aloës, maſtiches, acaciæ, gallæ, olibani, panis vſti, ſingulorum æquale pondus, quod cum oleo & ſyrupo roſato conficiebat. Aſſerit enim ſe multiplici experimento edoctum, duobus hiſce medicamentis non tantùm vomitionem infantium coërcuiſſe, verùm etiam ſaliuam immodicè profluentem cohibuiſſe.

Digitized by Google

CAPVT XLI.

De tuſſi & difficultate anhelitus infantium.

TVSSIS *variis de cauſsis infantulos impetit; cuiuſmodi ſunt à capite diſtillationes, ad tracheam arteriam; cerebríque humida conſtitutio huiuſmodi defluxionibus obnoxia, ſtomachi repletio, ac importuna lactis, vt ſic dicam, ingurgitatio; aut alia quæuis intemperies. Hîc ergo ante omnia nutricis habenda ratio eſt, vt iis tantùm veſcatur, quæ aſperam arteriam, pulmoneſq́; facilitant, ac eis abſtineat quæ prouocant & exuſcitant tuſsim; in quo albo cenſentur acida omnia, & ſalſa; nuces etiam quia acres ſunt, nam & acria omnia pro ſuſpectis habentur. Paulus infantulis linctus ex melle propinat, eos quos Græci* μελιτισμοὺς *dicunt; conuenit etiam, inquit, puero liberaliore aqua calida loto, caput ipſius copioſo melle illinere; deinde digito linguam leniter premere, multum enim hoc pacto pituitæ vomitu egeret. Aëtius ex Hippocrate luteum oui aſſatum, ſeſamíque duplum, & ſalis granum vnum moderatum ac ſufficienter tritum, cum melle delingendum dat: Rhazes amygdalas ex aqua fæniculi concinnatas, & coctas ſerò ac manè puero exhibendas cenſet. Alij*

Digitized by Google

etiam lac, vel ſtillaticium aliquem liquorem, vt eſt fœniculi (qui tuſsiculæ puerulorum per ſe datus mederi creditur) cum melle arundineo, ſaccharum vocant, decoquunt: alij rurſum dulcis radiculæ ſuccum præparant, ac diuturnis infantium tuſsibus prodeſſe dicant; alij eclegmata ex ſacharo penidiarum, diatragacantho frigido & ſerapio myxorum concinnant. Sunt qui ſalis tantummodò linctu tuſsiculam diſcuti autument: Aliis alia placent; nobis in hoc affectu haudquaquam contemnendum videtur goſſypij ſemen, vulgus bombacem vocat, cum luteo oui aſſati mixtum. Nonnulli infantuli pectus cum butyro ſalis experte, aut cum oleo chamæmelino, aut amygdalarum dulcium oblinunt. Alij contrà non inſalubre affirmant, ſi pedes plantæq́ oleo laurino, coſtino aut anethino inungantur. Alij etiam naribus leues ſternutationes adhibent, ex ocymo caryophyllato; aut eius ſucco, (quem ceu amuletum quoddam ad infantium ſternutationes exhibent) ſampſycho, & aliis id genus, vt materia quæ à capite ad tracheam arteriam defluit, aliò recurrat: ſtertit autem infantulus, ſi craſsiore alimento nutritus, pituitam in ventre colligat. hîc igitur lini ſemen cum melle, cuminíque aliquantula portione exhibendum erit.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XLII.

De vigiliis infantium.

GALENVS *videtur non tam inter morbos, quàm ſymptomata ipſis ſuperuenientia vigilias recenſuiſſe, quum vigiliæ puerulis haudquaquam conſuetæ ſint, vtpote qui maiore temporis parte dormiant. Accidunt autem vigiliæ in infantibus, aut propter vermes os ventriculi & inteſtina pungentibus, aut ob alimentorum copiam & vitium: ſiquidem quum voraces ſint pueri, vapores facilè ad cerebrum regurgitant, qui vigilias, pauoréſque prouocant. Eſt etiam quando ob continuas deſtillationes, febres, vomitionéſque intercipiatur ſomnus, atque inſomnia contingant. Quod ſi quando fiat, omnibus modis ſtatim prouocandus erit ſomnus, ita tamen vt quo ad fieri poteſt maximè à ſoporiferis abſtineamus. vtendum igitur ſoporifera illa Homeri lotione pedum Odyſſeæ vltimo ex florum chamæmeli, origani, pampinorum ſalicis, radicis aſari, capitúmque papaueris decocto, fomentationibus, irrigationibus, & inunctionibus circa tempora. Fiant igitur emplaſtra ex ſeminibus papaueris albi, quod vſuale Apuleius vocat, in pollinem redactis cum lacte muliebri ſaliſque pauxillo, croci momento, atque albumine oui ſimul mixtis.*

Digitized by Google

Idem facient linimenta ex corticibus papaueris albi in puluerem comminutis, & cum aqua roſacea, & lacte muliebri confecta, ſi eis tempora, frons, & ſtephanoides ſutura illinantur. Poſſunt etiam epithemata ex lacte muliebri, & oleo roſaceo adhiberi. Omnium autem ſecuriſsimum remedium eſt, oleum anethinum recens: id enim citra manifeſtam aliquam qualitatem ſomnum conciliat. Nam reliqua omnia quæ iam dicta ſunt, etſi tutò etiam adhiberi poſsint, tamen quoniam ſua frigiditate nonnihil excedunt, ſuſpecta ſunt. quare neque admiſero ſtatim ſerapium nymphææ, diacodion Nicolai, aut requiem dictam, ſerapium de papauere, & id genus alia, quia hæc etſi requiem & ſomnum, ſi ſumantur in adultioribus, clementer prouocent, in tenellis tamen puerilis haudquaquam citra magnam limitationem propinanda cenſeo; quanquam Auicennas eadem, atque eis etiam fortiora admittat, quod vt frigida ſunt, & narcotici neſcio quid coniunctum habeant, ita etiam puerorum temperiem, ac præſertim cerebri in deterius mutare ſoleant, ac veternoſos, comatodes, epilepticos, ſiderationi conuulſioníque obnoxios reddere. Quare mirari frequenter ſoleo Batauos, qui ſi quando aut ploret concitatius, aut inſomniis quoquo modo vexetur infantulus, ſtatim vel inconſulto medico,

Digitized by Google

medico, iiſdem capitum cuiuſcunque papaueris decoctum, ad conciliandum ſomnum propinare audeant; quum ſatius multo foret ab iiſdem abſtinuiſſe, atque aliquid quod extergendi facultate præditum ſit (ſi ob alimentorum copiam malum contractum videatur) exhibuiſſe: in quem vſum nonnulli mellis portiunculam delingendam dant. Rectiſsimè faciunt, qui nutricis habendam curam dicunt: per hanc enim optimè corrigitur ſi quid in tenello illo corpuſculo peccet: Nam vt ſexto epidemion Hippocrates, mulier, capra, elaterium, aut cucumerem ſylueſtrem comedentes pueris purgatio. Si igitur ob lactis acrimoniam, aut febrem inſomniis vexetur infans, regenda erit nutrix diæta modicè refrigerante, & humectante, cuius generis inter holera ſunt, lactuca, bugloſſum, intybi, atque id genus alia: ſin ob craſſitiem, eiſdem exhibenda erunt quæ modicè abſtergunt, atque lac benignius faciunt. ſin ob alimentorum copiam, ſenſim pedetentimq́; aliquid cibo detrahendum erit, cauendúmque eſt ne ſtatim poſt exuctionem infans quieti tradatur, ſed poſtquam aliquamdiu geſtatus fuerit: & ſi ſic non cedat malum, tum demum ad antedicta deueniemus auxilia, aut dormituri puluino, ſedum panno nigro inuolutum ſubiiciemus, aut alterci viridia folia, aut aliud quid quod amuleti quo-

 dammodò

dammodo vim poſsideat: qualia nonnulla Capite trigeſimo ſexto inuenies.

CAPVT XLIII.

De pauoribus.

PAVORES, *quos Auicenna inſomnia terrifica vocat, Galenus iis potiſsimùm pueris accidere dicit, qui natura edaciores ac voraciores ſunt; quando loca ad ventriculum pertinentia, ſenſu quidem vigeant, verùm imbecillia admodùm exiſtant, ac cibus corrumpatur. Atque hæc quidem non tantùm in puſillis, verumetiam in ætate prouectis ſeſe obſeruaſſe teſtatum reliquit; multis nimirum, & vitioſis humoribus ſtomachum, atque ipſius præſertim os, quod ſenſu exactiſsimo præditum eſt, mordentibus, & grauantibus: facilè enim ventriculus ob neruorum communionem cerebrum in conſenſum rapit; ac pro humoris in eo contenti qualitate, aut vaporis differentia phantaſmata, atque imaginationes conciliat, vnde pauores ſubiti, ac terrores in ſomnis oriuntur. Quod ſi huiuſmodi quid puerulo euenìat, curandum eſt, vt præcedente etiam capite monuimus, ne pleno ventre reponatur ad ſomnum capeſſendum, neue multitudine ingeſti lactis diſtendatur aqualiculus; ſed tantiſper differendum moneo, dum nonnihil quod aſſumptum eſt ſub-*

Digitized by Google

eſt ſubſederit. Auicennas ad exterſionem aliquam puerulo mellis portiunculam delingendam dat. Rhazes cum lacte momentum diamoſchi dulcis, aut pleriſarcotici exhibet. Nutricem autem hîc,ſi vſquam alibi, bona vti victus ratione, & conueniente exercitio vti conuenit. Noſtra ætate ad pauores hos tanquam amuletum quoddam puerulorum collo dentem lupinum appendunt. Plinius inquit, infantium gingiuis, dentitionibúſque multùm confert delphini cum melle dentium cinis, & ſi ipſo dente gingiuæ tangantur, alligatúſque idem pauores repentinos tollit, idem effectus & caniculæ dentis: Aliis in hunc vſum laudatur pyrites lapis geſtatus, aut cornua ſcarabæi Lucanici, quem volantem ceruum vulgus vocat.

CAPVT XLIIII.

De morbo comitiali ſeu matre puerorum.

QVANQVAM non ignorem non defuturos, qui cenſeant epilepſiam, aut comitialem dictum morbum ſatius fuiſſe conuulſionibus adiunxiſſe (habet enim motus conuulſiuos) quàm pauoribus eundem ſubiunxiſſe; placuit tamen hunc ſeruare ordinem, quòd Rhazes ſomniorum mala ſub epilepſiæ capite complexus ſit. De varia

Digitized by Google

autem morbi huius nomenclatura, eiuſdémque definitione multa in medium proferre non ſtatuimus, quòd parum ad rem facere videbantur, ac ſatis ſit dixiſſe, quòd idem morbus modò magnus, nonnunquam lunaticus, aut ſacer, aut herculeus, ſæpenumerò etiam mater puerorum, vt interdum caducus, & Hippocrati παιδίων νόσημα *libro de vulneribus capitis dicatur, quòd videlicet pueros ſæpiſſimè infeſtet, propter humidam cerebri conſtitutionem. Hic igitur quoties pueros inuadit, victus ratione ad ſicciorem ſtatum vergente enutriendi ſunt, & moderatis excercitiis motionibúſue exercendi, & amuletis quibuſdam, quæ occulta quadam vi propulſando morbo vtilia cenſentur, inſtantem paroxyſmum propellere ſtudebimus, quanquam Paulus libro tertio in infantibus nihil moliendum dicat, quòd ſua ſponte nonnunquam ſoluantur, vt docet Hippocratés: nam pueros qui comitiali laborant morbo, mutationes potiſſimum ætatis, locorum, & victus liberant. & in Epidemiis, puerorum nonnulli morbi comitiales vnà cum pubertate mutationes habent. Frigidus enim & craſſus humor, vt ait Galenus, diſſoluitur, calore & ſiccitate, tum ætatis iuuenilis, tum loci, tum victus. Ad comitiales igitur infantes, conuenire cenſentur galbanum ſolo odore, & thymum, teſtudinis fel*

naribus

Digitized by Google

naribus inditum, lapis qui in hirundinum nidis reperitur: nam, vt ait Dioſcorides, diſſectis ex prima fœtura ante plenilunium hirundinum pullis, in ventriculis eorum duos inuenies lapillos, ex quibus verſicolore & vario altero, vniformi concoloréque altero, priuſquam terram attingant, in bucculæ, aut ceruæ aluta incluſis, & brachio, collóue alligatis comitialibus proderis, ſæpiuſq́ omnino ad ſanitatem reduces. Plinius ſiniſtro lacerto eoſdem annectit. Idem quoque præſtat aëtites lapis cum ciprino vnguento, aut gleucino, vel alio excalefaciente illitus. Autor eſt Plinius, ſi ſanguine humano ora comitiali morbo lapſorum tangantur, protinus exurgere. idem docet infantibus comitiale vitium aut contractionem ſentientibus prodeſſe aniſi ſuccum recenter illitum; quod ſi ita eſt, longè efficacius erit ſtagma ſeu latex qui ex eiuſdem ſemine arte chimica elicitur: Alij lapidem ſmaragdum aut pæoniæ radicem recenter collectam appendunt, idq́ authoritate Galeni comprobant, qui ſe puerum quendam nouiſſe aſſerit, qui quum alias comitiali acceſſione impeteretur, ab eadem in totum immunis eſſet, quoties radicem magnam & recentem glycyſidis, quam pæoniam vocant collo appenſam geſtaſſet. Plinius id quod purpureum in violis eſt comitialibus mederi teſtatur, maximè

Digitized by Google
BIBLIOTECA

pueris in aqua potum. Apuleius batrachion, inquit, ſi lunatico in ceruice ligetur, lino rubro luna decreſcente, quum erit ſignum tauri, & ſcorpionis parte prima, repente ſanabitur. Nos puluerem hunc in lacte vel pulte exhibitum plurimùm in præſeruatione profuiſſe longo vſu comperimus, qui ℞. radi. pæoniæ ℨ v. vngulæ alcis veræ ʒ ſ. ſuccini albiſſ. ʒ j. croci orientalis contuſi ʒ ſ. ſachari candi albiſſimi q. s. contuſa cribrantur & miſcentur ad vſum.

CAPVT XLV.

De exomphalo, ſeu vmbilici prominentia, & inflammatione eiuſdem.

CAVSSAS *prominentis vmbilici Paulus ex Ægina medicus libro ſexto capite* LI. *abundè declarat. Procidunt autem pueris vmbilici, dum aut eiulatu multum, & diu diſtenduntur, aut ex plaga, & caſu, venæ vel arteriæ ruptura, aut aneuriſmate orto. Diſtenduntur iidem, aut prominent, ex inflammatione, aut inflatione; ex inflammatione quidem, ſicut voluit Galenus, & poſt eum Auicennas, & Rhazes, propter dolores ex recens facta inciſione. quare ad arcendam eam, Aëtius poſtquam deciderit vmbilicus, poſt tertium aut quartũ diem cochleæ teſtam*

Digitized by Google

teſtam vſtam, tritámque loco inſpergi vult, vel talum ſuillum vſtum, aut plumbum vſtum cum vino illini, & obligari. ex inflatione verò tument iidem ex quauis externa cauſſa; facillimè enim infantis corpus, quod poroſum prorſus, & perſpirabile eſt, inflationes ſuſceperit: quo fit vt Hippacratem frequenter demiratus ſim, quòd infantilibus morbis inflammationes potius adſcripſerit, quàm inflationes: verùm de his latius noſtris in posteriores ſeptem Celſi libros enarrationibus, vbi ex profeſſo multa ad hunc, & ſimiles locos pertinentia paulo ſcrupuloſius perquirimus.

Quod ſi igitur vmbilicus tumeat ex recens facta inciſione, ſpicam celticam impoſitam lixiuio cum oleo ſeſamino, aut terebinthina coctam, infantis vmbilico imponemus. At ſi ex ploratu vel eiulatu idem diſtendatur, adhiberi ſolent, lupini in pollinem redacti, cum linteis puris, ac veteribus crematis, & in puluerem redactis. Ad idem commendatur aſini vngula vſta. ſunt qui ceruſam lotam cum terebinthina lota, & oleo ſeſamino adhibeant. Alij fomentum ex vſnia laudant, ac deinde cataplaſmata ex arnoglotto, & lentibus elixis præparant. Inflationes autem vmbilici optimè diſſoluũt cuminũ, & baccæ lauri: & ſi efficacioribus ad hæc, & huiuſmodi opus ſit, his quæ ramicem inguinum ſanant, propellere tẽtabimus.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT XLVI.
De aurium humiditate, & inflammatione.

RECENS *natis puerulis Hippocrates aurium humiditates adſcribit, illaſque ob corporis totius, ac præſertim cerebri conſtitutionem humidam fieri arbitrabatur Galenus. Ad has igitur Aëtius alumen vino diluit, ac lanam puram ac mollem in ipſo imbuit, ac ſiccat, & vbi tertiò hoc fecerit, lanam ſiccam aſſeruat, vſuq́; ita exigente de ipſa quod ſatis eſt accipit, ac in aurem indit. Paulus vinum vetus auribus inſtillatum, aut crocum ex vino detritum eaſdem exiccare author eſt. Auicenna aluminis, nitri, & croci portiunculam aliquantulam cum vino auſtero & melle miſcet, ac lana excepta auribus imponit: alij milium torrefactum, ac ſacculo inſutum, capiti adhibent: ſunt qui oleis amygdalarum amararum, & rutaceo idem experiri malunt. Plinius ocymum infantium auribus vtiliſſimum eſſe aſſerit, præcipuè cum adipe anſerino. Verùm quoniam caput per aures tanquam colatorium quoddam humiditates ſuperfluas expurgat, non ſtatim omnis aurium humiditas medicamentis propellenda erit, niſi periculum aliquod eroſionis, aut inflammationis minari videatur. Quòd ſi igitur doloribus,*

Digitized by Google

bus, & inflammationibus infantium auriculæ infeſtentur, oui candidum cum lacte muliebri auribus inditum mirificè proderit; aut ſeſamum cum roſaceo impoſitum, quibus omnibus ſi croci momentum addiderimus, plurimum contulerit. Neque ſuaſerim hic, vt nuſquam alibi, ſtupefacientium vſum, qualis eſt ſuccus papaueris, quem opium vocant, quantumuis vehemẽtiſſimis etiam doloribus exagitentur, quòd veternum, ſicut diximus concilient, & naturam ſeu conſtitutionem corporis in peius mutent; quanquam non deſint qui Pauli authoritate id ſuadeant, qui perfectæ ætatis viris id concedit: ſed hos deterrere debebat Galeni locus tertio therapeuticæ methodi, quo in his & ſimilibus affectibus medicamenta huiuſmodi maximam adferre perniciem dixit, vtpote quæ nulla alia re illorum ad præſens leniminis ſpeciem præſtent, quàm quòd ipſum ſenſum enecant.

CAPVT XLVII.

De gingiuarum prurigine, atque dentitione.

PRVRIGINES, *& gingiuarum vitia fieri quum pullulare incipiunt dentes, nihil mirum eſt, inquit Galenus; prurigo enim pruritus quidam eſt cum pauco dolore, quando nonnunquam etiam*

Digitized by Google

etiam inflammationes gingiuarum, tendinum & maxillarum, atque interdum etiam conuulſiones eueniant: adeò rectè Sammonicus cecinit:

Nudum hominem primùm mundi natura profudit,
Inſuper excruciat, niueis quos dentibus ornat.

Hoc magis miratione dignum eſt, quòd, vt ait Plinius, aliis animantibus cum ipſis naſcantur dentes, homini poſtquam natus eſt ſeptimo menſe, priuſq́; in ſuperiore parte oris: nam cum dentibus naſci olim pro prodigio habitum eſt, & in fœmineo ſexu inauſpicati ominis. Nos ſuperſtitionis plenam hanc aruſpicum obſeruationem ethnicis relinquimus, vt qui eorundem vanis vaticiniis, plus concedere ſolebant, quàm diuini numinis prouidentiæ. ſiquidem etſi Valeria illa Regum Romanorum tempore vnà cum dentibus nata Seſſapiæ florentiſsimæ olim vrbi exitio, vt ferunt, fuerit, facillimum foret alia eiuſmodi inuenire exempla, in quibus nihil minus quàm eiuſmodi euentus ſequutus fuerit. Nam & nos Goudæ anno redempti orbis 1564. puellam vidimus quæ quum prodiret in lucem duos inciſorios dentes in inferiori mandibula haberet. Incipiunt autem circa ſeptimum menſem dentes proferre infantes, teſte Paulo, & dum punguntur, ac ſtimulantur velut ab aculeo dente gingiuas diſparante,

Digitized by Google

rante, inflammationes ſuccedunt ipſarum gingiuarum, & tendinum, ad quas etiam febres, & alui profluuia ſubſequuntur. Prodeunt autem ante reliquos inciſorij, hos temporis interuallo ſubſequuntur canini dicti, atque hos nouiſſimi in pueris vocati molares: nam genuini appellati dentes homini vigeſimo anno gignũtur, multis etiam octuageſimo. hi poſtquam deciderint, cõtra quàm alij in ſenecta ſtatim renaſcuntur. Zanclem enim Samothracium ciuem, cui renati eſſent poſt centum & quatuor annos, Mutianus à ſe viſum prodidit, vt author eſt Plinius. At ſi æſtate infantulum dentire contingat, dolores parui ſanè comitantur; ſi hyeme, valentiores, neque gingiuæ bene conſolidantur; ſi vere, citiſſimè & citra omnem ferè dolorem. Quum ergo gingiuarum punćturam ſenſerimus, ſtatim infantulo exhibebimus ea quæ ſuapte natura prouocant dentes; cuius generis eſt cerebrum ſuis, tam manſum tum gingiuis illitum: atque id ſi deſit, ouiculæ laudatur. ſiquidem Plinius ſi gingiuæ eodem illinantur, magnificè iuuare author eſt; & ad dentitionem vtiliſſimum. Idem præſtat leporis cerebrum, vel ſola inunctione: pro comperto enim ſe habere docet Galenus, quòd cerebrum leporis, ſi cum eo vngantur gingiuæ puerorum dum dentiunt, facilem faciant dentitionem, & ſine dolore. Aetius etiam

in cibo

Digitized by Google

in cibo idem offerri vult. Serenus Sammonicus cum lacte caprino idem decoquit, alij cerebrum gallinaceum exhibent. Auicennas plurimum tribuit canino lacti: nam & Sextus Platonicus, ſi canino lacte, inquit, infantis dentes frequenter tetigeris, ſine labore dentes eiicies: ſed neque ſuo elogio in hoc caſu caret mel, ſi moderatè coctum gingiuis illinatur, atque eiuſdem prorſus efficaciæ erit butyrum, ſi ei mel commiſceatur. Naturaliter autem, & occulta vi, aiunt auxiliari pueris dentientibus, colocynthidis ſiluestris radicem in aureo, aut argenteo canali geſtatam: itemq́ rubi radicem. Bouis capiti aiunt lapillum ineſſe, quem ab eo expui ſi necem timeat, inopinantis præciſo capite exemptum adalligatumq́ mirificè prodeſſe dentitioni. Item cerebrum eiuſdem ad eundem vſum adalligari iubent. Inueniuntur in corniculis cochlearum harenaceæ duriciæ, quæ dentionem facilem præſtant adalligatæ. Aëtius viperæ præſertim maſculæ dentem pro amuleto in argento appendit, ac Iaſpidem lapidem collò ſuſpenſum, ac geſtatum, ita vt ſtomachum contingat, dentientibus mirè prodeſſe author eſt. Sammonicus idem attribuit dentibus equinis:

Collo igitur molli, *ait*, dentes nectentur equini,
Qui primi fuerint pullo naſcente caduci.

Idq́ eo efficacius eoſdem facere teſtatur Plinius,

ſi terram

ſi terram non attigerint. Sextus autem Platonicus, non ſolùm hos commendat, ſed & ſi, inquit, infans ſolum equi roſtrum baſiauerit, dentium dolorem non ſentit, nec equus mordebit infantem. Nonnullis dens vrſi, aut vulpis, aut canis aut leonis, ante dentitionem puerorum collo appenſus, eandem facilitare creditur. aliis alia placent: noſtra ætas in hoc caſu dextero canino lupi dente præſertim vtitur, lupæq; quam lupi magis commendatum habet; quòd nimirum is collo appenſus, non tantùm dentium dolores mitigare, verùm etiam infantium pauores cohibere credatur: Quod Plinij authoritate noſtros factitaſſe exiſtimo; quòd is dexterum lupi caninum dentem, in magnis haberi operibus dicat, & pelli lupinæ vim quandam ineſſe contra ſubitos pauores aſſerat.

CAPVT XLVIII.

De infantium febribus.

FEBRES, *inquit Galenus, in pueris accidunt propter ætates, vigilias & inflammationes: eſt enim quando perforatis à dentibus gingiuis, ſicut iam dictum eſt, oriantur. Hîc igitur ſtudendum vt quàm ocyſſimè morbo ſuccurramus: quod ni fiat, periculum eſt ne tenellum adhuc, & doloribus non ſatis aſſuetum corpuſculum eiſdem*

Digitized by Google

perferendis ſufficiat. Curandum igitur eſt vt nutrici ea exhibeamus, quæ febrientibus remedio eſſe ſolent, iuxta iam antè ex Hippocrate prolatam ſententiam, mulier, capra, elaterium, aut cucumim ſilueſtrem comedentes pueris purgatio. Et ſi fortè lac ipſius calidius ac bilioſius eſſe videbimus; conabimur id conueniente victus ratione alterare; ac deinde ſi ab inflammatione originem trahat malum, eandem quo ad fieri poteſt arcere; ſi à vigiliis, aut dentitione, iam ante dicta methodo vti, ac deinde ad localia venire remedia. in quem vſum ſumme commendantur, tum epithemata, tum inunctiones, vt ſunt vermes terreni cum adipe anſerino decocti, & illiti temporibus, fronti, & præcordiis. Item araneus, vt author eſt Dioſcorides cum ſplenio ſubactus, & linteo illitus, prolatúſque, vtriſque temporibus, & fronti. Sunt qui hordeum à cortice exteriore mundatum, mola nonnihil conterunt, ac farinam diſtemperatam cum ſucci plantaginis, apſinthij, maluæq; paribus portionibus in emplaſtri formam redigant, quod pectori & præcordiis applicant. Aliis magis arridet inunctio ſpinæ ex mucagine ſeminis cotoneorum, oleo violaceo, ceræq; momento. Auicennas etiam per os pueralis nonnulla exhibere non veretur, qualia ſunt ſuccus mali punici, aut citri cum oxymelle ſimplici.

Aëtius

Digitized by Google

Aëtius ſudorem in hiſce prouocat arundinis medulla trita, ſincipiti ac pedibus illita. Quod ſi fortè indurucrit aluus, nec ſua ſponte ſubſequantur fæces, nutrice iis vſa quæ excrementa ſollicitare ſolent, conſultum ſtatim erit lenem glandem ſubdere, aut etiam aliquid per anum infundere. Conſtantinus adipe melis quem taxum vocant, inunctos febrientes ſanari author eſt, quare & in puerulis experiri tutum erit, quemadmodum alia medicamenta, quibus vt periaptis, aut amuletis uti ſolent. Apuleius perſonatæ herbæ foliis febricitantem cinges, inquit, ſtatim mirificè ſanat, & febres effugat. Idem certo remedio ſupponi iubet ſub puluillo lactucam leporinam dictam. Ryranus, atque Conſtantinus affirmant quartanam, atque tertianam, & quotidianam tolli, ſi luna exiſtente in declinatione, totum dorſum, pedes, manus ac frontem inunxeris oleo ſcorpionum communi. Antonius de Gradis hoc emplaſtrum ad febres puerorum conſcripſit, quod recipit plantaginis, ſemperuiui, ſolatri, rutæ, ſingulorum quantum voles, miſcentur cum farina hordei non cribrata, & cum ouorum albuminibus fit emplaſtrum, quod ſtomacho applicatur. Noſtra ætas, ni quid me coniectura fallit, corallio puerulos muniunt; eſt enim ſi quod aliud cordiale corallum: nam vt Zoroaſtes ait, habet quandam

 poteſta-

Digitized by Google

poteſtatem materia hæc, ac propter ea quicquid inde fit habetur inter ſalutaria: hinc vt dixi noſtra ætas idem puerulis ad arcendas febres collo ſuſpendit. Nam Sammonicus cum croco non inutiliter ſemitertianam patientibus, collo ſuſpendi author eſt, dum dicit,

Corallum, atque crocum corio connectito felis,
Nec dubites illis virides miſcere ſmaragdos,
Talia languentis conducent vincula collo.

CAPVT XLIX.

De infantilibus conuulſionibus.

QVANQVAM *certum ſit ſpaſmum alium ab inanitione, alium à repletione fieri, veriſimile tamen eſt Hippocratem prædicto aphoriſmo de ea tantum conuulſionis ſpecie locutum, quæ repletionem ſubſequatur, ſubiungit enim, Et eis præſertim pueris qui craſſiſſimi ſint, aluóſque duras habent. ſiquidem quum iuſto craſſius lac eſt quod exugunt, atque id pluſquam naturæ ſatis eſt ingerunt, deglutiúntue, neruoſæ partes quæ imbecilles adhuc ſunt, facillimè afficiuntur, atque conuelluntur. Nutricem igitur excalefaciente & attenuante victus ratione vti conuenit, ac puero ipſi nonnihil detrahendum erit, & vlnarum agitationibus, aliiſque exercitiis moderatis, & in tempore adhibitis, concoctionem promouere*

conabi-

Digitized by Google

conabimur. Forinſecus autem illa illinemus, aut applicabimus, quæ neruoſis partibus addent robur, & conuulſis medentur; in quo albo ficulneus cinis cenſetur illitus ex oleo, argemone emplaſtrata, panaces herculeum linitum, peucedanum ex aceto, & roſaceo inunctum, pſyllium, atque ſerpillum illitum, radices libanotis cum loliacea farina emplaſtratæ. Hippocrates cum melle & reſina althæam conuulſis impoſuit. Cedrides etiam, hoc eſt, cedri fructus, conuulſis admoti vtiles ſunt: Idem facit fel ouium cum lacte muliebri. conueniunt etiam pinguedines ceruinæ, vrſinæ, vulpinæ, felinæ, illitæ, & olea de cherua, de alchanna, chamæmelinum, & liliaceum; compeſcunt enim dolores, leniunt, calefaciunt, & mollificant. Irinum etiam diaphoreticum eſt, exterſiuum, maturatiuum, & dolorum à cauſſa frigida ſedatiuum. Paulus ex Ægina medicus heliotropion herbam in aqua elixam, conuulſis pueris mirificè prodeſſe credidit, ſi eo decocto puellus lauetur. Auicennas infantium iuncturis emplaſtrum applicat, quod conficit ex melle cum potiore portione radicum lilij, aniſiq́ue iuſta quantitate, & momento croci. De ea conuulſionis ſpecie, quæ inanitionem ſubſequi ſolet, quòd magna ex parte lethalis eſſe ſoleat, decreuimus ſubticere; hoc vno addito, quòd ſi quando huiuſmodi ſeſe offerat caſus, conſultum

Digitized by Google

fuerit infantis caput, & neruoſas conuulſáſque partes, inunxiſſe ex oleo violarum, ex oliuis maturis, cum pauxillo ceræ albæ.

CAPVT L.

De fluxu, ac conſtrictione ventris.

FLVOR *aut leuitas alui in pueris fit, aut propter dolores quos in dentitione patiuntur, aut propter frigiditatem extrinſecam, quando à nutricibus contrectantur ſuperuenientem; aut propter materiam aliquam in pueris ſalſugine conſperſam, cum lacte nutricis ingeſtam, bilioſi ſeu pituitoſi humoris participem: Interdum etiam propter cibi ingeſti copiam. frequenter enim, vt ſunt natura voraces admodùm pueri, plus ingerunt quàm naturæ ſatis ſit. Ante omnia igitur opus hîc erit, nutricem vti alimentis, quæ probi ſucci ſint; & potibus reſtrictionis alicuius participibus: deinde puero epithemata aſtringentia adhibenda ſunt, ex triticea farina, puluere plantaginis, & centumnodiæ herbæ cum modico aceti, & albumine oui: quibus adieciſſe puluerem roſarum, thuris, maſtiches, balauſtiorum, coſti & ſimilium, haudquaquam inconſultum erit, cautione interim habita, ne dentitionem ſubſequatur malum; circa dentitionem enim non ſtudendum eſt vt venter reſtringatur, ne materia ſurſum*

Digitized by Google

ſurſum repens ſupernas partes afficiat, & febres vehementiores concitet. Poſſunt etiam inunctiones fieri ex oleo melino, myrtino, & omphacino, & vnguine Comitiſſæ, aut ſantalorum, quemadmodum etiam emplaſtra ex oleo myrtino, roſis rubeis & cumino. Quòd ſi farinæ ſimilia excernat aluus, mentham tritam cum vino nigro aluo ſuperimpoſitam, ac alligatam ſummè conferre author eſt Aëtius. At ſi aluus ſupprimitur, quod varijs etiam de cauſsis contingere poteſt, aut enim intemperies calida Hepatis, aut renum fæces exiccant, aut non defertur à cyſti fellis bilis ad inteſtina, quæ excrementa ad exitum proritet, glandibus leuibus ſtatim ſollicitanda erit aluus; cuiuſmodi ſunt, quæ ex ſolo melle, & betæ radice, oui luteo cum momento ſalis, aut allio capitato conſiunt: eſtq́ omnibus alimentis commiſcendum mel, quòd abſtergat, & vim expultricem excitet. Flos autem artemiſiæ tritus cum oleo, & circa vmbilicum deligatus citare aluum dicitur; atque idem præſtabit fel tauri, ac ſuccus panis porcini, circum præcordia inunctus.

CAPVT LI.

De ani procidentia.

ETSI *Hippocrates duobus aphoriſmis capite* XXXVII *à me recitatis, neque ani proci-*

Digitized by Google

dentiæ, neque ancylogloſsi, neque ranulæ, neque verminationis, neque ambuſtionis meminerit: tamen quoniam magna ex parte ſtatim cum ipſis generationis noſtræ crepundiis puſiones impetere ſoleant, viſum fuit ſuperpondij, vt ſic dicam loco, eoſdem curſim & perfunctoriè attingere. Procidunt igitur in pueris ani, aut propter immodicam humiditatem, neruos muſculóſque emollientem & relaxantem, quapropter alui fluxum frequentiſsimè ſubſequuntur, aut muſculorum, neruorumq; ano inſeruientium imbecillitatem: Quod ſi quando acciderit, obſtetrix aut nutrix abluto prius prominente inteſtino ex aqua decoctionis althææ & maluæ, ſtatim in priſtinum locum reducere conabitur: poſteà conſultum erit decoctis & ſuffitibus, ac puluiſculis aſtringentibus vti; in quem vſum hoc, aut ſimile aliquod fomentum commendaro, quod recipit ſumachij, malicorij, roſarum rubearum, balauſtiorum, ſingulorum vnciam ſemis, nucum cupreſsi, calycũ glandium, gallarum, ſingulorum ʒ ij. thuris maſculi, maſtiches chiæ, ſingulorum ʒ ij. decoquuntur in vini auſteri aut aquæ chalybeatæ vt ars eſt ſufficiente quantitate, ac vſu exigente cum ſpongia ſedem ſubiectáſque partes fouemus; quod vbi abſolutum eſt, puluerem ex iiſdem ſimplicibus concinnare poſſumus, atque eundem ano inſpergere,

aut

Digitized by Google

aut eodem viuis carbonibus impoſito ſuffitus loco vti, quem linteis mundis in aqua aluminoſa antè lotis excipimus, quæ calẽtia adhuc puerorum ſedi admouemus; mirum enim dictu eſt, quantam energiam lintea hæc obtineant in reprimendis nimium fluentibus menſibus, ſudoréque copioſius emanante, ac procidente puerorum ſede. Aëtius acaciam cum ſapa, & vino nigro tritam podici illinit: vtitur etiam perfuſione aquæ fabrorum in qua ferrum candens intingunt, & muria, aut aqua marina, quæ probè ſuum officium facere teſtatur. Dioſcorides lentiſci folia illita, & ſuccum prodeſſe author eſt, item acetum illitum, & fotu adhibitum, & torpedinem marinam appoſitam; cæruleiq́ anagallidis flores.

CAPVT LII.

De linguæ ligatione.

EST *pueris frequens admodùm paſsio, quam ancylion, aut ancylogloſſum Græci vocant; ea quum in adultis bifariam contingat, videlicet aut à natiuitate, aut ab aliqua affectione incuruatione linguæ orta, pueris à natura, ſeu natiuitate tantum moleſta eſt, idq́ quoties membranæ inferiores quibus lingua innititur duriores, aut mutilæ, aut curtatæ à natura ſunt productæ, tardéque in ſermonem prorumpunt: vbi verò loqui*

Digitized by Google

ceperunt, citra obſtaculum, & ſatis feſtinanter loquuntur, vt author eſt Aëtius. impediuntur tamen in prolatione verborum & nominum, quorum alias difficilis pronunciatio exiſtit, veluti in quibus K. L. & R. literæ frequenter concurrunt; Id vitium ſola chirurgia curatur: tranſuerſa igitur plaga neruuem illud vinculum incidendum; habita animaduerſione, ne ſubiacentes venas & arterias ſimul diſſecemus: nam vti ex hoc vulnuſculo ingens ſanguinis profuſio ſequeretur, ita difficilem admodum curationem admitteret. Abluendum igitur ſtatim vulnus eſt aut poſca aut aqua frigida, ac mel roſatum illinendum eſt; deinde addenda medicina quæ relaxet, & carnem inducat. Obſtetrices nonnullæ ſtatim à partu, vbi malum ſeſe obtulerit, nummuli acie diſſecant. Quod ſi autem in præciſione erraſſe contingat, atque altè latentes particulas incidi, neque vulnuſculi labra curationem admittant, huiuſmodi linctus plurimum proderunt, qui recipiunt farinæ hordei ſemiunciam; commiſcetur mellis albi bene deſpumati ſufficienti quantitati; deinde quicquid eſt humoris, calore vel alio quouis modo exugitur, ac tandem in puluerem rediguntur; quibus additur pulueris ouorum ℥ j. olibani, maſtiches, ſingulorum ℈ j. aluminis vſti grana vj. redacta in pollinem tenuiſ-

ſimum

Digitized by Google

ſimum vt atoma, cum mellis roſacei ſufficiente quantitate ſit lambitiuum. Puluis autem ouorum cuius iamiam meminimus hoc modo paratur. Accipis lutea ouorum ad duriciem decocta, atque eadem reponis in olla ſtricti oris, quæ bene ſit obturata, & luto oblita, & adhuc calenti furno indis, quæ poſteaquam prorſus deferbuerit furnus, rurſum eximis, ac in puluerem redigis, vſuiq́ reſeruas.

CAPVT LIII.

De ranula.

CONGENER omnino huic morbus eſt, quanquam rarior, is quem Paulus batrachion, Arabes ranulam appellant. is tumor eſt ad inflammationis ſimilitudinem ſub lingua erumpens, maximéque in pueris, quanquam in adultis quoque & perfectæ ætatis viris deprehenderimus: eſt ſic appellatus, quòd inſtar ranæ exceptis eiuſdem extremitatibus, apparere ſoleat ſub lingua, ita vt nonnunquam ore aperto, linguæ altera quædam lingua ſubſidere videatur; quæ nonnunquam, in pueris potiſsimùm, vſque adeò excreſcit, vt & vocem intercipiat, ſuffocationiſq́, atque adeò ipſius mortis periculum minetur. Oritur à pituita craſſa, lenta, & viſcoſa, eò tanquam ad extimam & adenoſam partem lata.

ſtatim

Digitized by Google

ſtatim igitur in ipſo initio, morbo erit obuiandum: quòd ſi inueterauerit ac radices iam fixerit, difficilè ſuperari & extirpari poſsit, ac lege quadam conſortij pulmonem ipſum, aut ipſius cannam dictam inficere ſoleat. Paulus igitur ſtatim in initio mento adhibendum dicit medicamentum quod anthera vocant Græci, vel ſphærion. Nonnulli ſtercus anſerinum & mel pari pondere cum vino decoquunt ad vini conſumptionem, factóque emplaſtro mento applicant; deinde puluiſculum præparant ex oſsis ſepiæ, ſalis gemmei piperíſque paribus portionibus, ac ſpongiæ vſtæ ad pondus omnium, loco affecto applicant. Ego eadem quæ præcedente capite enarraui, huic malo rectè applicari poſſe dixerim: nam & ipſa manualis actio non inutilis cenſenda eſt; quando Paulus dicat poſtremum remedium eſſe venas ſub lingua diuidere.

CAPVT LIIII.

De verminatione, ſeu Lumbricis.

QVANQVAM *& hic morbus extra catalogum eorum ſit quos iam ex Hippocratis ſententia, pueros recens natos inuadere diximus, tamen quoniam quotidiana nos doceat experientia, etiam in vtero matris nonnunquam malum hoc innaſci; non potuimus non, pro inſtituti noſtri ratione,*

Digitized by Google

ratione, perfunctoriè de eo diſſerere, ac localia aliquot remedia (quoniam per ætatem alia non liceat experiri) adſcribere; quando niſi eidem ſuccurratur, non rarò periculum adferat. adeò rectè cecinit Sammonicus:

Quid non aduerſum miſeris mortalibus addit
Natura? interno quum viſcere tænia Serpens,
Et lumbricus edax viuant inimica creanti,
Quod genus aſſiduo laniat præcordia morſu,
Sæpe etiam ſcandens oppletis faucibus hæret,
Obſeſſaſque vias vitæ præcludit anhelæ.

Tres igitur vniuerſim ſunt lumbricorum differentiæ; prima teretum, altera latorum, tertia eorum quos aſcarides nominant. Oriuntur omnes ex cruda, craſſa, lenta, ac pituitoſa materia putredini accommoda, quæ dum non eſt apta in ſubſtantiam aliti conuerti, nec etiam tantæ putredinis vt putrefiat; calore innato fouente, ſpiritum vitæ accipit. atque hæc quidem omnium vermium generatio eſt. Ac proinde quum pueruli, voraciores potiſſimùm, tali materia abundent, ac calore innato vigeant, conſequens eſt eos quoque lumbricis maximè eſſe obnoxios. Teretes igitur in inteſtinis gracilioribus maximè conſiſtunt: infantibus peculiare vitium, vt ait Paulus ex Ægina medicus, & frequens: ac aliquando ad ventriculum adſcendunt, & per fauces, & os

exeunt.

Digitized by Google

exeunt. Aſcarides ciborum corruptionem, & prauitatem alimentorum ſubſequuntur: generantur in inferiori parte inteſtini craſſi, & longanone. Lati lumbrici, ſeu tæniæ rarius generantur, reliquíſque peiores ſunt. Paulus Ægineta haud aliud eſſe dicit, quàm mutationem adnatæ in interiore inteſtino membranæ in materiam animalis, modò mobilem, quæ ſæpe tota redditur longitudine incredibili, vel pars ipſius excernitur: Diſſolutus verò non coaleſcit. Plinius narrat triginta cubitorum lumbricos, quos tænias vocant, viſos. In ſumma quales quales tandem fuerint, quoties in corpore fuerint, expellere eoſdem conueniet: expellemus autem, vt author eſt Galenus vltimo therapeuticæ methodi, ſi prius enecauerimus (necantur autem amaris medicamentis.) viuentes nanque obſiſtunt, inteſtinis adhærentes; at mortui expelluntur vnà cum ſtercore, expelluntur etiam cum hoc viui, ſed ſtupefacti, & quaſi ſemimortui. Tæniæ vt tenaciores ſunt, ita vehementiora medicamenta deſiderant. Ventri ergo & præcipuè vmbilico, atque adeò ipſi ſtomacho applicanda ea ſunt, quæ intro aſſumpta vermes enecare poſſunt; in quem vſum ſummè commendata habet Galenus folia perſicæ arboris trita, & vmbilico impoſita: vnde & Sammonicus eadē ex vino decocta adultioribus dat, dicēs;

Prodeſt

Digitized by Google

Prodeſt prætereà cum vino perſica frondis.

Apuleius herbam coriandrum coquit ad tertias in oleo, ac inde in anum immittit. Idem marrubium, apſinthium, & lupinos pari pondere in aqua mulſa decoquit, ac vmbilico imponit. Post Dioſcoridem Galenus, & Auicennas melanthij, quod gith vocant, ſemen vmbilico & ventri illitum vermes, & reliqua interaneorum animalia interimere, testes ſunt. Rhaſes accipere iubet cuminum cum felle taurino recenti mistum, & ventri emplastri modo applicare. Alij emplaſtrum concinnant ex apſinthio, felle taurino, & colocynthidos pulpa. Paulus ſi aſcarides molesti ſint, glandes ex melle cum ſalis vel nitri momento ſubdit: Alij balanum ex veteri larido, cui filum annexum ſit, faciunt, podicique immittunt, est enim id gratum vermibus, ac illis facilè inescantur, vt vult Auicennas, & dum balanus extrahitur magna ex parte ſubſequuntur, quare ſæpius ſuppoſitoria hæc reiteranda volunt. Hypericon etiam herba vermibus inimica est; ea enim ſi pueris vermes habentibus ad collum ſuſpendatur, omnes expellit. Nonnulli goſſypij lanuginem melli ac lacti intingunt, atque immergunt, deinde eandem loco balani, in anum ſæpius indunt, ac rurſus euellunt; ſubſequuturos enim ſtatim affirmant vermes, atque eos præſertim qui

aſcarides

Digitized by Google

aſcarides nominantur, quòd dulcibus maximè delectentur vermes, & viuant. In genere autem omnes, vt ait Plinius, quos lumbrici malè habent, pili ichneumonis iuuant ſuffiti.

CAPVT LV.

De ambuſtis, ſeu pyricauſtis.

QVOD *ſi incuria aut caſu aliquo tenellum corpuſculum igne, aut aqua calida, aut alio quouis modo vri contingat; Paulus priuſquam puſtulæ oriantur oliuarum halmadum aquam continuè ſuperfundit, atque ipſas halmadas cum polenta contritas ſuperinducit. hodie eius loco, ebutyrato lacte, ſi ad manum ſit, affectum locum ſtatim inter initia fouendum curant: deinde albumine oui illinunt; quod, vt poſt Dioſcoridem author eſt Plinius libro vigeſimo nono, capite tertio, ambuſta aquis ſi ſtatim ouo occupentur, puſtulas non ſentiant. Calx etiam viua oleo, vel adipi mixta non inutiliter illinitur: nam quamuis feruidam vim habeat calx, excepta tamen oleo, aut adipe, maturandi vim acquirit, mollit, diſiicit, & ad cicatricem perducit, præterea ardores extrahit, & incipientes ſerpere vlcerum impetus arcet. Hinc nonnulli eandem oleo roſaceo extinguũt, deinde admixto cremore lactis in formam emplaſtri redigunt, atque vſui ſeruant:*

Quod

Digitized by Google

Quòd ſi iam vlceratus quoque locus fuerit, iidem farinam hordei, cum oui candido, & ſuillo adipe, admodùm prodeſſe aſſerunt. hinc Sammonicus:

At verò ambuſtum flammis, qui candidus oui
Succus ineſt, penna inductus ſanare iuuabit:
Aut tu ſuccoſæ cinerem producito lanæ,
Aut viuam ex oleo lini contundito calcem,
Hordea vel franges, atque oui candida iunges,
Adſit adeps porcæ; mira eſt hæc forma medelæ,
Iunge chelidoniis, ac ſic line vulnera ſuccis.

Recentiores ex olei roſacei vncia vna & ſemis, luteis ouorum quatuor, atque croci momento concinnant vnguentum. Ego muccaginis ſeminis cotoneorum ex roſarum latice limpidiſsimo elicitæ, vncias quatuor, lutea oui quatuor, oleíque ſeminis lini tres vncias, crocíque momentum miſcere ſoleo, ac præparare linimentum; cui ſub finem curationis ceruſæ nonnihil, aut ſimile quid adiicere ſoleo; quod ſummo cum ſucceſſu longo vſu prodeſſe comperi. Alij ſucco cæparum ambuſta illinunt, atque perfectam inde ſanationem pollicentur: Aliis magis placet prædicti ſucci duplum pondus cum ſimplo vernicis liquidæ: Nonnulli raporum ſemen eodem elogio celebrant. Trotula ſequens vnguentum maximè commendatum habet; quod recipit, pomum, bolum armenum, maſtichen, olibanum, oleum, vinum calidum, ceram & ſebum, ſingulorum quantum vſus

Digitized by Google

poſtulat; quæ ita commiſcentur, vt pomum prius ab interioribus atque exterioribus corticibus mundetur, ac teratur, deinde ollæ indatur, atque igni apponatur, additis cera, oleo, & ſebo; deinde poſtquam ebullierint, maſtichem, olibanum, & bolum puluerata imponunt, ac in formam vnguenti redigunt. atque hoc vnguentum non tantùm ad ambuſta valere contendit, verùm etiam vtile eſſe dicit ad grauiſſimas quaſcunque excoriationes attritu excitatas. In ſumma, quæ affectui conueniunt, modicè aſtringentia eſſe debent, ita vt nec euidenter calefaciant, nec refrigerent.

EPILOGVS.

HÆC *ſunt, candide lector, quæ hinc inde collegimus de humanæ vitæ primordiis; eóque, vti vides præter inſtitutum ſermonem deduximus, vt muliebres aliquot affectus adiungeremus: id autem requirere videbatur argumenti ſimi-*

Digitized by Google

ſimilitudo quædam: nam vuluæ vitia, menſium fluxum cohibitum, aut redundantem, impregnationi obeſſe dixiſſe non ſuffecerat, niſi ad generis humani propagationem, procul motis omnibus ſterilitatis repagulis, fœcunditas conciliaretur. Id autem nulla ratione commodius fieri poſſe videbatur, quàm ſi prius cognitis explicatiſq; probè cauſſis, iis amoliendis omnem noſtram operam impenderemus: quod certè breuiter, & quoad fieri potuit, maximè dilucidè ex Hippocrate, Galeno, Ægineta, Aëtio atque aliis fecimus. Adiecimus etiam infantiles aliquot morbos, ne quid eſſet quod ſtudioſi deſiderarent; vt hoc ceu enchiridio adiuti, puerulis recèns natis, mulieribus hyſtericis laborantibus, ac demum parturientibus, ſi res exigat, non citra commodum, operam ſuam impendere poſſint. Cæterùm nolim hic mihi ceu Suffenus quiſpiam applaudere, & abblandiri, tanquam noui aliquid è noſtro promtuario depromſerim; quum ſi quid id ſit, ex aliis decerptum lubens ac ingenuè fatear. Neque me puduit rhapſodos hos, aut, ſi mauis, centones meos, tibi communicare, præſertim quòd hodie clariſſimos noſtræ facultatis profeſſores idem factitaſſe pluſquam notum ſit; & quòd non parum vtilitatis hinc te conſequuturum ſperarem, quum hîc breuiter, & dilucidè, tanquam in faſciculum

Digitized by Google

vnum congeſta proponuntur, quæ aliunde vix magnis laboribus conſequaris. Nec eſt quòd te offendat orationis imparitas, quum id maximè nobis ſtudio fuerit, vt locos aliunde deſumptos, in noſtros vt erant centones tranſferremus. Tu interim hoc noſtro qualicunq; labore fruere, & vale.

FINIS.

RERVM

Digitized by Google

RERVM ET VERBORVM IN LIBRO DE HVMANÆ VITÆ PRIMORDIIS *contentorum* COPIOSISSIMVS INDEX.

A.

ABORTVM præcauentes lapides 86
Abortum quando faciat anni conſtitutio 81
Abortus cauſſæ 80
Abortus futuri ſigna 82
Abortus qui præcaueri poſſint, qui minùs 85
Abortus quid propriè dicatur 80
Abortus remedia localia 86
Abortus remedia vniuerſalia 85
Abrotanum 78
Accidentia vulneribus non rectè curatis ſuperuenientia 179
Acetabula quæ dicantur 30.82
Alcola quid vocet Auicenna 189
Almiſdach inſtrumentum 126.127
Aetites lapis 105.201
Agrippæ qui dicantur 113
Ἀλλαντοειδὴς membrana 29
Alteratrix vis vteri 24
Altrix vis vteri, 24
Amaſones 1
Ambuſtorum remedia 224.225
Ἀμνιος pellicula 30
Amor genituram conciliat 65
Amuleta ad facilitandum partum 104.105
Amuleta ad fluentes mēſes 154.155
Amuleta ad pauores puerorum 198.199
Amuleta ad ſterilitatem arcendam 79
Amuleta ad vteri ſuffocationem 161.162.163
Amygdalæ ſaccharo conditæ 74
Anaſtorum genitura 48
Anatomia dux eſt ad dei cognitionem 11
Ancylion 217
Ancylogloſſon 217
Anethi oleum ſublimatum 181
Anguillarum generatio 4
Anguium ſenectus 105.177
Ani procidentia 170.215.216
Ani procidentis remedia 216.217
Animæ origo 6.7
Animi mores corporis temperaturam ſequi 138
Aniſi oleum ſublimatum 201
Anthera 220
Apertorium matricis 129
Apes ſexus differentiam neſciunt 2
Aphthæ quid ſint & vnde fiant 189
Aphtharum differentia 189 remedia 190
Apri fel 77
Apum generatio 3
Aquam quid vocent obſtetrices 103
Armatura conceptus 33
Aromatum ſuffitus ciet muliebria 98.99.159
Aſcarides 221.222
Aſcaridum curatio 222
Aſini vngula 203
Aſſimilatio fœtuum non fit ex menſtruo 17
Attractrix vis vteri 24.26.61
Auellanæ ſaccharo conditæ, aut cum melle comeſtæ 74
Auicennæ audaciæ in exhibendis ſoporiferis 196
Aurium humiditatis cauſſa, & remedia 204.205
Aurium humiditas, non eſt ſemper medicamentis abſtergenda 204

Digitized by Google

Aurium inflammatio 204
Auſtro flante fœmellas concipi 39

B.

Batrachion 219
Bombycum generatio 4
Bulboſa ſemen augent 74
Battauorum craſſus error 196.197
Blattarum origo 3
Borea flante mares concipi 39

C.


Caducus morbus 200
Cæſares & Cæſones vnde dicti 134
Cæſones execti quomodo excipiendi 134
Cæſonum eximendorum ratio 132.133.134
Calaba quid vocet Haliabbas 189
Calx viua 224
Canitis dolori in enixis conuenientia 181
Capræ fecunda 119
Caſſia fiſtula 70.100.181
Catapotia abortum præcauentia 85
Catapotia ad ſuffocationē vteri 161
Cepas grauidis obeſſe 98
Cerebrum quando formetur 44
Ceruini veretri vis & efficacia 78
Ceruix vteri quæ dicatur 21.22.27
Chirurgia in nixurientibus quando requiratur 124.125
Choreæ quare olim inſtitutæ ſint 68
Χόριον 29.117
Cibi conuenientes nutricibus 142.143
Cicer venereum, ſeu columbinū 74
Cimicum generatio 3
Κίτται & κιττῆσις mulierum 36
Coccygis os in partu tantum affici 101.104.
Coeuntes cur reſolui dicantur 15
Coitus grauidæ quando concedatur 98
Coitus nutrici vitandus eſt 143
Coitu ſinuiti ſteriles ſunt 65.68.71
Collum vteri virili pudendo reſpondet 22
Comitiali morbus 199.200. remedia 200.201
Conceptionem promouentia 73.74
Conceptionis ſigna 33.34.35
Conceptionis opportuniſſimū tempus 67.68.69
Conceptum adiuuantes peſſi 70.79
ad Conceptum quid requiratur 67.68
Conſanguinei qui dicantur 12
Conſuetudo 141
Cōuulſio ex inanitione lethalis 213
Conuulſionis infantilis cauſæ & remedia 212.213
Cor quando generetur 43
Corallus 105.192.211.212
Cornua matricis 29
Corporis noſtri ſubſtantia conſtat ex quatuor elementis 7
Corpus hominis ex limo terræ 7.8
Cotonea grauidis vtilia eſſe 98
Cotoneorum ſeminis mucago 190.225.
Κοτυληδόνες 30
Cucurbitarum vſus quando conueniat 153.180.183
Cunni magnitudo cōueniens 22.26
Cur duo vbera pectori natura conceſſit 139
Cynoſorchis radix 75

D.

Dæmonum natura 61
Decimeſtres partus admittit Hippocrates 97
Dei veſtigium eſſe in anima 7
Delineatio almiſdach 127
Delineatio apertorij matricis 129
Delineatio metrenchytes 153.155
Delineatio roſtri coruini 131
Delineatio σκολοπομαχαιρίου 126
Delineatio ſpeculi matricis 130
Delineatio vnci quo fœtus eximitur 125.126
Δεῖ φῦς 16
Dens caniculæ 199.209
Dens equi 209
Dens leonis 209
Dens lupi 199.209
Dens viperæ 208
Dens vrſi 209
Dens vulpis 209
Dentatum naſci, mali ominis fuit 90.206
Dentes genuini quando naſcantur 207
Dentes prouocantia, 207.208
Dentes qui primò oriantur 207
Dētibus occultâ vi quæ proſint 208
Dentitio vernalis, æſtiualis, hiemalis 207
Deſcriptio inſtrumenti ad ſuffitus muliebres 119
Δευτέριον 117

Digitized by Google


Apertorium Matricis.



DE LA FACULTAD D
BIBLIOTECA

Digitized by Google

Speculum Matricis.



Digitized by Google

quæ nigris oculis eſt, infantis oculos, etiamſi albi fuerint, denigrare dicitur. A Venere autem in totum abſtinendum eſſe ei quæ lac præbet, monet Galenus: nam & menſes viri conſuetudine prouocantur, & lac odoris gratiam in deterius mutat, quin etiam aliquæ in vtero, quo alienius nihil à puello lactente eſt, concipiunt; tum enim quicquid eſt optimi ſanguinis in fœtum abſumitur, quippe is quum proprium in ſe vitæ contineat, & huius moderamine agitur, & aſsiduè ſibi conueniens alimentum trahit, vtero verò ipſi veluti radici adhærens, nec vſquam ab eo nocte dieq́ue diſcedens, interim non minor modò, verùm deterior etiam redditur rationabiliter ipſius grauidæ ſanguis. Abſtinendum præterea cenſeo ei quæ lac præbebit, à calidis ſiccíſque cibis, quòd ſanguinem & lac bilioſiora reddant, eáque minuant, ni fortè pituitoſæ ſint, quibus non ſine magno adminiculo adhibentur, præſertim viridia, cuius generis ſunt apium, petroſelinum, aſparagi, & ſimilia. Quòd ſi dolore aliquo exagitatus ploret infantulus, non minimum ipſi dolori lenimen erit, ſi papillam ori indat, ſiquidem tria hæc doloris infantum remedia nutricibus ipſa vſu edoctis inuenta videmus: vnum quod modò retulimus; & altera duo, motū videlicet mediocrem, & vocis modulationem, quorum perpetuo vſu

non

Digitized by Google

non ſolùm mitigant dolores, ſed etiam ſomnum conciliant; vel hoc ipſo teſtificante natura, eos ad exercitia, & muſicam ſuopte ingenio eſſe propenſos, quemadmodum etiam à ſordibus & immundicia planè abhorrent, ſicut docet Galenus, qui oblato quodam puello plorante totum diem atque irato, ac immodicè ſeſe inordinatéque iactante, nutrice ipſa omnis conſilij inope, deprehendit quod offendit, quippe vt neque papilla in os immiſſa, neque à nutrice prolatus, ſi forte meiere vellet, aut aluum exonerare vellet, lenitus eſt: ſed quum nec ab vlnarum agitatione reclinari cœptus eſt, aduertit tum lectum, tum inuolucra, tum veſtes ipſas eſſe ſordidiores, prætereà ipſum immundum, atque illotum. Loto igitur, deterſóque infantulo, lectulo mutato, veſtibus terſis, mundíſque exhibitis, protinus ab immodico agitatu conquieuit, ilicóque dormiuit, non ſuauiſſimum modò, ſed & profundiſſimum ſomnum. Cæterùm ſolo lacte veſcetur puellus, quoad priores dentes emiſerit, quo tempore eum ſolidiori quodammodo cibo aſſuefacere conueniet, quod etiam experientia prorſus doctæ mulieres faciunt, primùm panem, mox legumina, & carnes, & ſimilia omnia prius manſa puellorum oſculis immittentes.

CAPVT

UNIVERSIDAD CENTRAL BIBLIOTECA DE LA ...
Digitized by Google

136
Δίκολπος
Δίδυμοι καὶ διδυμάονες 46
Didymorum in vtero ſitus 91
Difficultas partus quomodo ſoluatur 114
Dionyſij, Cereris, & Cores genitura 49
Dioſcurorum genitura 48
è Duobus diuerſi generis nata, tertij effici 61.62

E.

Edulia Venerem prouocantia 73
Effluxio fœtus quid ſit 80
Electuaria diaſcincou, & diaſatyriou 76
Embryonis in vtero ſitus ſphæricus 90
Erucæ ſeminis vis 74
Exomphalos 202
Expultrix vis vteri 25

F.

Febris enixarum curatio 100
Febris grauidarum medela 100
Febris infantium cauſæ, & curatio 209.210
Fel tauri 124
Feminas concipi auſtro flante 39
Figura fœtus, naturalis, præternaturalis, & contra naturalis 112.113.114
Figura trium principum membrorum inchoatorum 42.43
Figura vuluæ 27
Flatibus diſtentos locos curantia 71.180
Fœniculi oleum ſublimatum 121.181
Fœtifer Nilus 112
in Fœtus extractione non temerè vtendum inſtrumentis 127.133
Fœtus in vtero nutrimentum 24.25.83
Fœtus mortui ſigna 84.121. quomodo excipiendus 131
Fœtus mortuus quando vnco eximendus ſit 125.126
Fœtus quando dicatur 41
Fœtus quando mouetur 25.34
Fœtuum cum ſtirpibus collatio 40
Fœtuum quatuor tempora 40.41
Fœtuum ſitus in vtero tantùm tres eſſe 112
Forma natiuitatis monſtrorum in tribus conſiſtit 57
Formæ ſimilitudo vnde 50.51

G.

Galea conceptus 32.33
Galenus Germanis non ſcripſit 109
Gallinæ cerebrum 208
Gemini eiuſdem ſexus iiſdem ſecundis inuoluuntur 47.91
Gemini quando fiant 47.48
Gemini qui dicantur 46
Gemini quomodo excipiendi ſint 116.117
Gemini vtriuſque ſexus rarò ſunt vitales 49
Genitalium dignitas 10
Genitura quid dicatur 41. de genitura in terrã prolapſa hiſtoria 42
Genituræ maior portio à feminis deciditur 33.52
Genuini dentes anno vigeſimo oriuntur 207
Genuini dentes renaſcuntur 207
Gingiuarum inflammationes, 206
Glandes pro verminoſis 223
Gratiarum genitura 48
Grauida an ſit mulier, quomodo dignoſcatur 33
Grauidas quando purgare, aut ſanguinem in iis mittere liceat 100
Guttam quid vocent recentiores 16

H.

Herculeus morbus 200
Hermaphroditi olim mergebantur 59
Hermaphroditi quando concipiantur 51.59
Hippocrates vndecimum menſem errori mulierum adſcribit 97
Hœdi teſtes 78. coagulum 153.183
Hominis cum mundo comparatio 8
Homo ad ſimilitudinem Dei factus 7
Homo anima & corpore conſtat 6
Homo non vno naſcitur momento 89.90
Hydrocephalia 126
Hymen 28

I.

Iecorariæ venæ origo 43
Iecur quando fiat 42.43
Imago in conceptu hauſta ſimilitudinum reputatio eſt 53
Immodici menſium fluxus remedia 152

Digitized by Google

Incorporea cum corporeis non miſceri 61
Incuborum & ſuccuborũ ſomnia 60
Infans iamiam natus quamuis figuram recipit 110
Infans quando lauandus 109
Infans quare ploret 93
Infans quomodo excipiendus 107. 108
Infante plorante quid faciendum 143
Infantis in vtero ſitus 8.46.90.91
Infantis vmbilicus quando decidit 109
Infantulus recens natus cui tradendus 111
Inſomnia terrifica quæ vocet Auicenna 198
Iulia Pompeii 98

L.

Lac aſininum 105
Lac caninum 124
Lac caprinum 208
Lac equinum 78
Lac menſtruis cognatum 137
Lac quando & quomodo in virginibus generetur 137
Lacte quàm diu alendus ſit infans 144
Lactis acrioris ſigna 182.183
Lactis alimoniam quare ac ipſis crepundiis offerri cenſebat Pythagoras 182
Lactis boni notæ 145
Lactis canini vis 124.208
Lactis copia quomodo minuatur 163.186
Lactis copiam procreantia 183
Lactis craſſities quomodo corrigatur 184
Lactis generatio 130.137
Lapis qui in nidis hirundinum inuenitur 105.201
Leonum catuli quales 6
Leporis cerebrum 207
Leporis coagulum, conceptus, vulua 77
Lex ciuilis quos ad iuſtam hæreditatem patris admittat 97
Lini ſeminis energia 74.182.185. 194
Localia conuulſis accommoda 213
Localia remedia ad febres infantium 210
Loci aridi, diſtenti aut contracti 63.71
Lumbrici lati 222. eorum remedia 222.223
Lumbrici teretes pueris familiares 221
Lumbricorum terreſtrium vis 185. 210
Lumbricorum tres differentiæ 221
Lunaticus morbus 200
Lupi veretrum 75

M.

Macrocephali 110
Magnes 105
Magnes carneus, ſeu catochites 106
Magnitudo vuluæ 26.27
Magnus morbus 200
Μαλθακοὶ 51
Mammæ rigidæ 186
Mammarum cum matrice & menſtruis affinitas 137
Mammarum dolor & durities 184. 186.187
Mammarum inflammatio 185
Mares concipi aquilone flante 39
Mas fœmina calidior 37.38
Mas muliere perfectior 37
Maſculini, aut fœminini ſexus notæ 37.38
Mater puerorum 200
Matrix duabus de cauſſis contrahitur 34
Μελιτηραὶ qui dicantur 193
Menſe ſeptimo fit dêtitio 206. ſeptimo qui naſcantur 96
Menſes abundantes quæ ſubſequantur 152
Menſes nonnullis toto imprægnationis tempore fluunt 31.35
Menſes qui vitales ſint, & contrà 93.94
Menſes redundantes reſtringentia 153
Menſes ſuppreſſi pernicioſi 147
Menſibus ceſſantibus aut incipientibus oportuniſſimum concipiendi tempus 67.69
Menſibus ſola laborat mulier 146
Menſibus ſuppreſſis accidentia 148
Menſis nonus frequentiſſimus 96
Menſis octauus cur nõ ſit vitalis 95
Menſis ſextus cur non ſit vitalis 93
de Menſium eruptione per dentem miranda hiſtoria 148
Menſium immodicus fluxus 152
Menſium inſtantium ſigna 146
Menſium ſtillicidij cauſſæ 151.152

Digitized by Google

Menſium ſuppreſſorum cauſſa & medelæ 148. 149
Menſtruis cognatum lac 83
Menſtruorum virus 111. 147
Menſtruus ſanguis in tres partes diſtribuitur 83
Mentham non extinguere ſemen, contra Ariſtotelem 75.76
Mercurialis herba vnde dicta, eiuſque facultas 74
Metopum vnguentum 65
Μήτρα 26
Μητρεγχύτη 153. 155
Mola fœtum ſubſequens 47.49
Mola triplex 164
Mola vnde dicta 164. eiuſdem à vero conceptu diſcretio 166
Molæ ab hydrope differentia 166
Molæ obnoxia ſola mulier 165
Molæ remedia 166
Molæ vnde fiant 49.165
Monſtra enormia diuinæ iræ ſigna eſſe 58
Monſtra quomodo fiant 57
Monſtra rarò enutriuntur 59
Monſtroſi partus periculi pleni 46
Morbi hæreditarij 14
Motrix vis vteri 25
Mula quare non pariat 62
Mulæ vngula 154
Muliebre ſemen quale, ex Zenonis & Ariſtotelis ſententia 16.17
Muliebri pudendo præputium reſpondet 21
Mulier ante menſes nō concipit 68
Mulier natura ſingulos tantùm parit 49
Mulier plorans non concipit 65
Mulier quomodo collocanda, vt concepti fœtus differentiam dignoſcamus 38
Mulier ſemen habet 16. 17
Mulier teſtes habet 19
Mulieres fœtus ſuos enutrire poſſunt 138.139
Mulieribus quæ viris eadem eſſe vaſa ſeminaria 20.21
Mulſæ vis 34
Murium generatio 5
Murium fertilitas 5

N.

Natura iuſta 18
Natura nihil fruſtrà creauit 18
Natura ſummus ad mundiciem, muſicam & exercitia propenſi 144
Naturæ ſolertia 8.9.139
Nullius particulæ vſum inhoneſtum eſſe 10
Numeroſi partus notæ 108
Nuptiis qui dies conueniant 140
Nutrice quando opus ſit 139.142
Nutricis cura habenda in infantilibus morbis 197.199.210.212
Nutrix à venere abſtineat 143
Nutrix bene formata ſit oportet 142
Nutrix bonam puerorū temperiem in peius conuertere poteſt 138. 142.143
Nutrix qualis eligenda ſit 140.142
Nympha quæ dicatur 28

O.

Obſtetricis officiū 101.102.140.141
Obſtetrix quando accerſenda 101. 102. 103
Octauo menſe geniti in Aegypto vitales ſunt 95
Octauo menſe qui naſcantur 96
Octimeſtres partus qui vitales ſunt aut non 94. 96
Oculi immodica Venere hebetantur 66
Oculorum ſedes ſeminalis eſt 66
Olei anethini præſtantia 194
Oſcillum vuluæ 27
Oſcitatio in enixu lethalis eſt 104
Os ſacrum cur ſic dictum ſit 104
Os ſtomachi ſenſu exactiſſimo præditum 98
inter Oſſa quod primò generatur 45
Oſtracoderma rore cæleſti concipiunt 4
Oua teſtudinum 98
Ouis ſecunda 120
Ouis ſpuma 78
Ouium cerebrum 207
Οἰσχος 29

P.

Pæoniæ radix comitialibus prodeſt 201
Pæoniæ ſemen 168
Παίδων νόσημα 200
Papauer viuale 195
Papillarum fiſſura 187
Pardi teſtis 150
Partu vno cccclxv. fuiſſe enixos 112
Partum numeroſum quæ producant 6

Partum

Partum quæ retardent 101.102
Parturiens quomodo collocanda ſit ad euulſionem fœtus mortui 124.125
Parturientes cur dolent 101. quando purgandæ 100
Parturiens quando in ſellam locanda 102
Partus difficultas à foris incidentibus 116. vitio fœtus 111.112. vitio parturientis 111. vitio ſecundarum 114.117
Partus imminentis notæ 102
Partus præter naturales & contra naturales 115.116
Partus tempora 89.90
Pauores infantium eorumque remedia 198.199
Pedum cum teſtibus ſympathia 78
Peſſus ad conceptum 70.79
Peſſus ad educendum fœtum mortuum 122
Peſſus ad molam 166.167
Peſſus ad ſuppreſſos menſes 150
Peſſus ad vteri inflammationem 170
Peſſus γυναικὸς 79
Phœnicis generatio 2
Pica morbus 36
Pilaris morbus enixarum 187
Pileolus puerorum naturalis 32
Pili ichneumonis 224
Piſces quomodo coëant 4.5
Pix liquida 179
Plato vnde ſemen oriri dicat 12
Podicis prolapſus cauſſæ & medelæ 176.177
Πολύκαλπος 116
Porcellarum vulua 78
Porcellorum cerebrum 207
Potiones fœtum propellentes 105
Prægnantiũ facies cur maculoſa 35
Præſagia ex vmbilici diſſectione 108
Primiparæ difficulter pariunt 115
Proles quæ præſtantior habebatur 140
Prudentes cur ſtultas proles interdum procreent 56
Prurigo gingiuarũ quando fiat 205
Pudendum viri qui magnum aut paruum fiat 108
Pueri ab epilepſia per ſe nonnunquam liberantur 200
Pueri quando dentire incipiant 205.206
Pueri victum calidum & humidum flagitant 135.145
Pueri voraces ſunt 195.214.221
Pueris à narcoticis abſtinendũ, 196
Puerorum anĩ procidentia 215. remedia 216
Puerorum fluxæ alui cauſæ & remedia 214.215
Puerorum ſubſtantia citò diſſlatur 145
Puerorum ſuppreſſa aluus 211.214
Puerperæ periclitantis ſigna 121.122
Puerperarum aluus adſtricta nimis, aut lubrica 99.100
Puerulorum recens natorum morbi 188
Puerum quando appellet Hippocrates 41
Pulicum genera 10 4
Pulli albi, varij, aut nigri quo modo fiant 55
Pythagoras quid ſemen eſſe dicat 12

Q.

Quæ citò pariant, aut non 102
Quatuor tempora fœtuum 40
Quinque ſunt menſium ſtillicidij cauſſæ 152
Quomodo dignoſcatur an grauida ſit mulier 33.34

R.

Ranula linguæ 219
Retentrix vis vteri 25
Reuolutionis aſtrorum vis 95
Rheumatiſmus vteri 155
Romanæ pudicitiæ quantum olim tributum ſit 97
Roſtrum anatis, aut corui, inſtrumentum 131
Rugæ ſeu nodi quare in vmbilico creati 108.109
Ruta vitanda iis quæ fœcundæ eſſe volunt 76

S.

Sacer morbus 200
à Salſis cur abſtinere debeat grauida 99
Samius lapis 105
Sanguinis tanta à partu effuſio, quo modo fiat 32
Sanguis & ſpiritus vnde ad teſtes & vbera deferantur 20
Saturnus naſcentibus inimicus 95

Digitized by Google

Satyri 75
Satyrion herba vnde dicta 75. eius radicis facultas 75
Scarabæi Lucanici cornua 199
Scinci carnes 75
Σκελοτυρμαχάιζειν 126
Secunda poſt paucos dies putrefacta per ſe decidit 120
Secunda quare ſic dicta 117
Secundarum generatio 28.29
Secundarum vſus 29
Secundas in hominibus eſſe tantùm affuſionem quandam 31.32
Semen an ex ſolo cerebro fluat 13
Semen animæ & corporis ſymbolum 14
Semen augentia 74
Semen cruentum ſalacibus interdum fluere 20
Semen ex toto corpore procedere 13. 14. 15. 111
Semen maſculinum, & fœmininum vtrique ſexui ineſſe 16
Semen muliebre imperfectum 19
Semen prolificum quod ſit 64
Semen quid ſit eiuſque origo 12.13
Septenarij numeri vis 93.94
Septimeſtres fœtus cur vitales ſint 93
Septimeſtres partus Plinio imperfectos dici 96
Seſeleos oleum ſublimatum 151.181
Siderũ poſitus facere ad ſexus varietatem vel pluralitatem 48.95
Similitudo formæ vnde 53
Similitudo ſexus vnde 51
Similitudo ſpeciei 50.51.52
Somnus in pueris quomodo prouocetur 195.196
Soporifera pedum lotio Homeri 195
Speculum matricis 130
Sphærion medicamentum 222
Spina inter oſſa primò creatur 45
Spongiæ ſuppoſitæ Venerem ſtimulant 74
Sponſus cum ſponſa ſua abſtemius congredi debet 67
Sterilitas ex morbo 70
Sterilitatis cauſſæ 63.64
Sternutanti in partu quid obſeruandum 172.173
Sternutatio à coitu abortiuum 104
Sternutationi infantium remedium 194
Sternutatorium ad ſecundas remorantes 118
Stillicidium menſium 151
Studioſi vehementius amant 69
Stulti pueros ſapientes cur procreent 56
Stulti robuſtos ferè gignunt 56
Stupefacientium vſum non temere admittendum 196.205
Suberis cortex 154
Suffitus ad fœtum mortuum 122
Suffitus muliebres quomodo excipi debent 118
Suffocatio ab vtero quid ſit 160. eius cauſæ 159. remedia 158. quo tempore potiſſimùm inuadat 158
Suffocatio à retento ſemine periculoſa 159.160
Suffocationi ab vtero vinum per ſe inimicum 159
Superfœtare quæ dicantur 47
Superfœtatio quando fiat 48.50
Superfœtationis exempla 46.47
Supreſſorum menſium cauſſæ 149

T.

Tæniæ 222
Tæniæ triginta cubitorum 222
Tauri diuulſio, eiuſque cura 178. 179
Taurum caſtratum genuiſſe 19
Tempora partus varia 50.89.101
Teretes vermes 221
Tergemini 46
Teſtes muliebres 19.20
Teſticuli cauernoſi ſunt 19
Teſticulorum intemperies fœcunditatem præpedit 64
Thrauſi in lucem editos deplorabant, mortuos plauſu proſequebantur 93
Torſionis ventris enixarum curatio 181
Tria in ſeminis ſubſtantiâ contineri 12
Τρίδυμοι 46
Tuſſis infantium cauſſæ & remedia 193

V.

Validioribus medicamentis non temerè vtendum 134.167
Vbera duo cur homini data 139
Vbera gracilia quid portendant 48.82.136
Vbera quorſum Natura contulit 22.137
Venæ iecorariæ origo 43

Venam

Digitized by Google

Venam grauidis quando tundere liceat 100
Venere nimia tabeſcit corpus 15
Venerem ac ſemen augentia 73.74
Venerem vnde procreatam fingant poëtæ 15
Ventris aſtricti in grauidis, remedia 99
Venuſtatem in formis augentia, & contrà 48.50.55
Verminatio infantium 210. eiuſque remedia 221
Verna dentitio optima cẽſetur 207
Vernum tempus veneri accomodum 73
Verris fel 124
Veſparum generatio 2.3
Veſpertilio ſola volucrum animal parit 5
Vigiliæ infantium: earum cauſſæ & remedia 195.196
Vinaceorum facultas 185
Vinum fœtui aduerſatur 35
Viperæ dens 208
Viri vitio ſterilitas interdum fit 64
Vmbilicare Auctuarij ad menſes ſuppreſſos 151
Vmbilici decidui vis 109
Vmbilici diſtenſio 202
Vmbilici inflammatio eiuſque curatio 202.203
Vmbilici inflatio 202.203
Vmbilici præſcindendi ratio 108
in Vmbilici præſectione quid obſeruandum 108
Vmbilici prominentia, eiuſque cauſſa 202.203
Vmbilicum deciduum cur patribus tradant obſtetrices 109
Vncus ad extrahendum fœtum mortuum 125.126
Vndecimum menſem Hippocrates errori mulierum adſcribit 97
Voluptas in coitu vnde 27
Voluptatẽ in coitu augentia 74.75
Vomitus infantium cauſſæ & remedia 190.191
Vopiſci qui dicebantur 135
Vrſi complexus quales 5
Vrſorum catuli quales 6
Υστέρα 26
Vteri facultates naturales 24.25
Vteri inflammatio variis de cauſis fit 168
Vteri inflammatio ex abortu vnde dignoſcatur 169
Vteri malus habitus ſterilitatem præſagit 63
Vteri procidentia quomodo intelligenda ſit 172
Vteri procidentia aut commotio vnde fiat 171. curatio 173
Vterinus furor, quid differat à ſuffocatione 163
Vterorum à partu inflatorum remedia 175
Vterorum commotorũ inflatio 175
Vterus mulieris δίκολπος 175
Vulturis pennæ 105.158
Vulua appetit 24
Vulua quæ dicatur 26
Vulua rugoſa eſt 27
Vulua leporis 77
Vulua porcellarum 77.78
Vuluæ ac mammarum officium 137
Vuluæ adnaſcentia 28
Vuluæ duo ſinus 136
Vuluæ rheumatiſmus 155
Vuluæ rugæ circulares cur ſint 27
Vuluæ ſitus ac figura 26

FINIS.

FACULTAD DE MEDICINA

Digitized by Google